63. 961, octubre 28.

Romarigo da a San Cugat unas tierras que poseía en Cervelló, tierras que el donante y sus sucesores tendrán como beneficiarios, pagando la tasca.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 51 (n.º LIV).

A. C. A., Cart., f. 221 *v*, n.º 684.

In nomine Domini. Ego Romarigo, donator sum domum s. Cucufati cenobii, situm in locum Octaviano. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullius coegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea, nobis hoc elegit nostra voluntas, ut carta donacione fecissem ad predicto domo de aliquis de proprietatem meam, sicuti et facio; dono ibidem terra mea propria quod mihi advenit per mea compara. Et est ipsa in comitatum Barch., in terminio de Castrum Cervilione. Et afrontat ipsa terra: de oriente in terra de Erguncia et de Fredario vel suos eredes, et de meridie in terra de Miro comte, vel in rio, et de occiduo in terra de Miro comte, et de cerci in terra de Leticia, femina. Quantum istas afrontaciones includunt, sic dono ad predicto domo, vel ad eius servientes, ab integrum, cum exio vel regressio suo, in tale, videlicet, racione, ut ego et posteritas mea teneamus et exfructemus per beneficium de predictum domum vel de eius servientes, et donemus ibidem exinde ipsa tascha. Quod si ego donator aut ullusque omo, qui contra ista donacione pro inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam ipsa terra ad predicto domo, vel ad eius servientes, in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione v.º kal. nov., a. VIII.º regnante Leutarius, rex.

S+m Romarigo, qui ista donacione fecit, et firmare rogavit; S+m Petro; S+m Suzela; S+m Nevolendo.

℣ Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss. sub die et anno quod supra.

64. 962, abril 8.

Argela y su esposa dan a San Cugat unas tierras sitas en Cervelló.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 549. — Mas, *Notes*, IV, 51-2 (n.º LV).

A. C. A., Cart., f. 222, n.º 687.

In nomine Domini. Ego Argela et uxori mea Traselenda, donatores sumus domum s. Cucuphati mr. Manifestum est enim quia donamus ibi terra nostra, culta vel erma, que nobis avenit per comparacione. Et est ipsa terra in comitatum Barch., in terminio de Castro Cervilione. Que afrontat ipsa terra: de parte circi in rio, que exinde discurrit, et de oriente in terra de Teuderico, vel eredes suos, et de meridie similiter, vel in terra de nos donatores, et de occiduo in terra de nos donatores, vel in terra de Guiteza. Quantum in istas adfrontaciones includunt, sic donamus ad predicto domo, vel ad eius servientes, cum exio vel regressio suo; in tali vero racione, ut teneamus et possideamus et nos

et posteritas nostra, et donare exinde faciamus per singulos annos ipsa tasca ad predicto domo. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc donacione ad inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ad predicto domo ipsa terra in duplo, ab integrum, cum omnem in sua melioracione, et in antea ista donacione firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione VI.° id. apr., a. VIII.° regnante Leutarius, rex.

S+m Argela; S+m Traselenda, nos qui hanc donacione fecimus, et firmare rogavimus; S+m Sabado, que vocant Mirone; S+m Tidela, que vocat Maszanello; ✠ Ermenardus, ss.

✠ Cristianus, presbiter, hec scripsit et ss. sub die et anno quod supra.

65. 963, marzo 30.

Mir, conde y marqués, vende a Ennego (Bonfill) el castillo de Masquefa con sus términos y primicias, pero haciendo algunas excepciones.

REGESTA: MAS, *Notes*, III, 126, 136; *Notes*, VI, 192-3 (n.° MCCXXXVIII).

A. C. A., Cart., f. 165, n.° 535.

In nomine Domini. Ego Mirone, gratia Dei comes et marchio, vinditor sum tibi Ennego, que vocant Bonofilio, emptore. Per hanc scriptura vindicionis mee vindo tibi castrum Machizepha, simul cum fines et terminos suos, et cum ipsa parrochia s. Petri eiusque ecclesia, et cum primiciis et decimis earum termines, exceptus ipsum alaudem de Ramio vel de Maniberto et de Viatario, que hodie abent, exceptus ipsas decimas et primicias iam dictas; qui michi advenit de genitores meos. Et est in comitatum Barch. Et affrontad ipsum castrum cum suos termines: de parte orientis in terminio de Apierola minoris, vel de castrum Vetulo, de meridie in terminio de predicto castulo Vetulo, vel in terminio de castrum Gellito, de occiduo in terminio de castrum Subiratos, vel in terminio de Apiera maiore, de circi in terminio de Apiaria maiore predicta vel in terminio de Casteleto, qui est alaude s. Cucuphati, sive in terminio de Apierola minore. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic vindo tibi predicto castro Magzepha et cum ipsa ecclesia s. Petri cum eorum decimas et primicias, hac eorum oblaciones apud suas terras, cultas vel ermas, cum omnes arbores qui ibidem sunt, pomiferis et glandiferis, et ipsos boschos, ortis, ortalibus, superregum et subtusregum, fontes et aquas, pratis, pascuis, garricis, montes valles, cultum vel eremum, erectum vel declivum, quicquid dicit vel nominari potest, ab omni integritate, exceptus hoc quod superius resonat ipsos alaudes de Ramio vel de Maniberto et de Viatario, sicut suprascriptum est, in propter precium solidos mille, quod tu emptor michi dedisti, et ego vinditor de presentem manibus meis accepi, et nichil de ipso precio apud te emptore non remansit; est manifestum. Quam vero predicta hec omnia que tibi vindo de meo iure in tuo trado dominio et potestate, ab omne integritate, ut quicquid exinde facere vel iudicare volueris, libera, in Dei nomine, abeas potestatem, cum exio et regressio earum. Quod si ego vinditor, aut que ullus homo, qui contra hanc vindicione ad inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare,

sed componat, aut componam tibi hec omnia quod superius resonat in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista vindicio firmis permaneat omnique tempore..

Facta vindicione III.° kal. apr., a. VIIII.° regnante Leuthario rege.

✠ Miro, comes, ✠, qui hanc vindicione feci et firmare rogavit; Ss. Vuilielmus, ss.; Ss. Georgius, ss.; Ss. Alfredus, presbiter, ss.; Ss. Galindus; Ss. Isimbertus, ss.

✠ Bradila, presbiter, qui hanc vindicione scripsit, ss. cum litteras superpositas in titulum XII. et die et anno quod supra.

66. 963, abril 4.

El conde Mir vende a Bonfill unas tierras y viñas con casas y corrales, situados en el término de Mata, entre Argentona y el "Torrente Malo".

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 139. — Carreras, *Argentona histórica*, 14. — Mas, *Notes*, IV, 52 (n.° LVI).

A. C. A., Cart., f. 317, n.° 948.

In nomine Domini. Ego Miro, gratia Dei comes et marchio, vinditor sum tibi Bonofilio, emtore. Per hanc scripturam vindicionis mee vindoque tibi terras et vineas, casas et curtes, ortos, pomoniferos, cultum vel eremum * quod michi advenit hec omnia per mea comparacione. Et sunt ipsas terras et vineas, casas et curtes, ortos, pomiferos, cultum vel eremum * in pago Barch., et in Maritima, in terminio de Mata et in suas egecencias de terminio de Argentone usque in terminio de Torrente malo, et de terminio de Duos rios usque in ipsa mare; omnia hec tibi vindo infra istas afrontaciones, quantum emi de Guitardo et de uxor sua Griberga, ab imtegre, in propter precio sol. D.^{tos} de argenti, et de ipsa precia aput te emptore non remansit; est manifestum. Quem vero predictas terras et vineas, et casas et curtes, ortos et pomoniferos, cultum et eremum que tibi vendo, de meo iure in tuo trado dominio et potestatem, ab omni integritatem, ad omnia quecumque facere vel iudicare volueris, in Dei nomine, abeas potestatem, exios et regresios earum, a proprio. Et qui contra ista vindicione pro inrumpendum venerit, coponat aut componam tibi hec omnia suprascripta, que tibi vindo, in duplo cum illorum inmeliorationes, et hanc vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione II.° non. apr., a. VIIII.° regnante Leutario, rege.

✠ Miro comes ✠, qui anc vindicione feci et firmare rogavi; Ss. Georgeus, ss.; Ss. Platianus, presbiter; Ss. Isimbcraisus, ss.; S+m Eldemare.

Ss. Petrus, presbiter, qui hanc vindicione scripsi et ss. die et anno quod supra.

67. 963, diciembre 27.

Sigofredo y Blidgario otorgan al Monasterio un molino que legó al mismo el difunto Richario.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 52 (n.° LVII).

A. C. A., Cart., f. 224 *v*, n.° 699.

In nomine Domini. Ego Sigofredo et Blidgario, donatores sumus ad domum s. Cucuphati cenobii. Donamus ibidem molino quod nobis ibidem iussi dare qd. Richarii quando ad extrema venit voluntatem, unde nos iudicium obligatum tenemus infra metus temporum; donamus ibidem molino cum suum caput aquis, et sua resclausa, et regum et subtusregum, et solo et superposito, et suas molas, et suos ferros, et cum omnes suas agencias; et afrontat hec omnia: de oriente usque in ipso rio, et de meridie similiter, et de occiduo in cacavo de molino de s. Maria, et de cerci in terra que fuit de qd. Richario vel de Adalsinda vel de Firbilo. Quantum istas afrontaciones includunt, sic donamus ad predictum domum vel ad eius servientes in ipso molino ipsa sua porcione, quantum ille ibidem abebat per quoccumque voce, ab integrum, cum exio vel regressio suo, ad abendi, vindendi, donandi, comutandi, vel faciendi exinde quod voluerint, in Dei nomine, firmam abeant potestatem. Quod si nos donatores aut ullusque homo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus ipso molino, sicut superius resonat, ad predicto domo, vel ad eius servientes, in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione VI.° kal. ian., a. X.° regnante Leutarius, rex.

S+m Sigofredo; S+m Blidgario, qui ista donacione fecimus, et firmare rogavimus; S+m Sperandeo; S+m Vuimara; Eldericus, ss.

℣ Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss. sub die et anno quod supra.

68. 963, diciembre 30.

Los herederos testamentarios de Gontardo, llamado Bonushomo, dan a San Cugat la heredad que el difunto poseía en Gallechs.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 53 (n.° LVIII).

A. C. A., Cart., f. 377, n.° 1092.

In nomine Domini. Ego Geribertus, presbiter, et Sisoaldus, utrique fratres, et ego Auriolo. Certum quidem manifestum est enim quia precepit nobis qd. Gontardo, que vocabant Bonus homo, per suum testamentum unde nos iuditium obligatum hoc tenemus infra metus temporum, a serie conditionis factus, ut carta donacionis fecissemus ad domum s. Cucuphati de sua terra propria sua ereditatem, quod abebat in pago Barch., in Valense, in terminio de Galecus, sicuti et facimus. Hoc donamus in ipsa terra sua porcione qualem illi ibidem abebat ad predicto domum, ab integre, cum suo exio et regresio, et suas afrontaciones, a proprio, propter Deum et remedium anime de qd. Gontarde;

quem vero predicta terra sua porcione iam dicta que donamus ad domum s. Cucuphati, de nostro iure in eius hoc trademus potestatem, et de suos servientes; et qui contra ista donacione pro inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed, componat aut componamus ipsa terra in duplo ad predicto domum et sua inmelioracione, et anc donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacione III.° kal. ian., a. X.° regnante Leutario, rege.

S+m GERIBERTUS, presbiter, ss.; ✠ Sisoaldus; ✠ Auriolus, qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus, ss.; S+m Senderedo; S+m Willera; S+m Bellus.

Ss. Petrus, presbiter, qui han donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

69. 964, enero 19.

Aliemundo da a San Cugat unas casas y un corral, más unas viñas que poseía en Cervelló.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 53 (n.° LIX).

A. C. A., Cart., f. *221 v*, n.° 686.

In nomine Domini. Ego Aliemundo, donator sum ad domum s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia dono ibidem ad predicto domo casas, et curte, et terra, et vinea que mihi advenit, aliquis per prisione et aliquis per mea comparacione. Et est hec omnia in comitatum Parch., in terminio de Castrum Cervilione. Et afrontant ipsas casas, et ipsa curte, et ipsa terra que ibidem est: de oriente in ipsa rocha, et de meridie in via, et de occiduo et de cerci in ipsa rocha; et ipsa vinea et ipsa terra erema, que ibidem est, afrontat: de oriente in vinea de Daniel, et de meridie in via, et de occiduo et de cerci similiter in via. Quantum istas afrontaciones includunt, sic dono ad predicto domo vel ad eius servientes, ab integrum, cum exio vel regressio suo, ad abere vel facere exinde omnia quod voluerint, in Dei nomine, firmam abeant potestatem. Quod si ego donator, aut ullus omo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam ibidem ad predicto domo vel ad eius servientes ipsa omnia superius scripta in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione X.°IIII.° kal. feb., a. X.° regnante Leutarius, rex.

S+m Aliemundo, qui ista donacione fecit, et firmare rogavit; et dono ibidem tonna I maiore, et cubo I minore, et parilio I de portadoras; S+m Scluva; S+m Girolmo; S+m Ermenarus.

✠ Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss. sub die et anno quod supra.

70. 964, febrero 15.

Adalsinda otorga al Monasterio un molino que poseía en el río de Cervelló.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 53-4 (n.° LX).

A. C. A., Cart., f. 224 *v*, n.° 701.

In nomine Domini. Ego Adalsinda, femina, donatrix sum ad domum s .Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia sic placuit animis meis, et placet, nullius coegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea mihi hoc elegit cum Deo bona voluntas, ut carta donacionis fecissem ad predicto domo vel ad eius servientes de aliquis de proprietatem meam, sicuti et facio; domo ibidem molino meo proprio cum suum capud aquis, et sua resclausa, et suum regum et subtusregum, et solo et superposito, et suas molas, et suos ferros, et suum cacavum, et cum omnes agencias. Et est hec omnia in comitatum Barch. in rio de castrum Cervilione; et advenit michi de genitore meum et de genitrice mea, et per mea comparacione. Et afrontat hec omnia: de oriente in resclausa de Todaleto, et de meridie in rio, et de occiduo in molino de s. Maria, et de cercii in terra de me donatrice. Quantum istas afrontaciones includunt, sic dono ad predicto domo, vel ad eius servientes, ipso molino quantum ibidem abeo vel abere debeo per quacumque voce, ab integrum, cum exio vel regressio suo, ad abere vel facere exinde quod voluerint, in Dei nomine, abeant potestatem. Quod si ego donatrix aut ullusque omo qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam ibidem ipso molino in duplo cum omnem suam inmelioracionen, et in antea ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione x.°vi.° kal. marcii, a. x.° regnante Leutarius, rex.

S+m Adalsinda, que hanc donacione fecit et firmare rogavit; S+m Sperandeo; S+m Petro; S+m Ennego.

℣ Auriolus, presbiter hec scripsit et ss. sub die et anno quod supra.

71. 964, febrero 21.

Los cónyuges Alo y Placidia, Geldemiro y Virgilia hacen donación al Monasterio de una casa con su corral, huerto, árboles frutales y molino, situados en el castillo de Cervelló.

REGESTA: Carreras, *Les aygues y camps de Barcelona*, 123. — Mas, *Notes*, IV, 54 (n.° LXI).

A. C. A., Cart., f. 224 *v*, n.° 700.

In nomine Domini. Ego Allo et uxori mea Placidia, et Geldemiro et uxori mea Virgilia, donatores sumus ad domum s. Cucuphati cenobii. Manifestum est anim quia placuit animis nostris, et placet, ut donare fecissemus aliquis de proprietatem nostram ad predictum domum vel ad eius servientes, sicuti et facimus. Donamus ibidem casa, cum solo et superposito, et curte, et orto, cum

pomiferos, et terra, et molino cum suum caputregum, et suum regum et suum cacavum, et suas molas, et suos ferros et cum omnes suas agencias, et vinea modiata una; et advenit nobis hec omnia, aliquis per parentorum, et aliquis per comparacione. Et est hec omnia in comitatum Barch., in terminio de castrum Cervilione; et afrontat ipsa omnia que ibidem donamus: de oriente in rego de Miro comte, et de meridie in ipsa foreste, et de occiduo in terra de predicto domo vel de nos donatores, et de cerci in terra de Tasia, femina, vel filiis suis. Quantum istas afrontaciones includunt, sic donamus ad predicto domo ad abere, vel facere exinde omnia quod voluerint, in Dei nomine, firmam abeant potestatem. Quod si nos donatores aut ullus omo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ipsa omnia superius scripta ad predito domo, vel ad eius servientes, in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione x.° kal. marc., a. x.° regnante Leutarius, rex. In tale conventum facimus ista carta ut in diebus vite nostre teneamus et possideamus et donare faciamus ipsa tascha, et post obitum nostrum remaneat ad predicto domo.

S+m Allo; S+m Placidia; S+m Geldemiro; S+m Virgilia, qui ista donacione fecimus, et firmare rogavimus; S+m Petro; S+m Ademiro; S+m Vives.

℟ Auriolus, presbiter, hec scripsit cum litteras superpositas in verso III, et ss. sub die et anno quod supra.

72. 964, marzo 12.

Guadamir otorga a San Cugat una viña y tierras que poseía en Palou, un par de bueyes, diez ovejas, ocho corderos, dos cerdos y algunos instrumentos de labranza.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 54 (n.° LXII).
A. C. A., Cart., f. 345 *v*, n.° 1009.

In nomine Domini. Ego Vuadamirus, donator sum ad domum s. Cucuphati mr. Manifestum est enim qua dono ibi semodiata de vinea, et terras meas proprias quod abeo in comitatu Barch., in terminio de Palaciolo, exceptus gornale I; advenit mihi per mea comparacione, et afrontat ipsa vinea: de parte circi in vinea de Ermenardo, de aquilonis in vinea de Servando, qui fuit qd., de meridie in vinea de Lane, de occiduo in vinea de Trasemirus, qui fuit qd., et ipsas terras ipsa medietate quod ego ibidem abeo, aut ereditare debeo per quacumque voce et parilio I de boves cum suo apero, oves X cum octo agnos, porcellos II, tonna I, exada I, falce I, parilio I de sachos. Quantum istas afrontaciones includunt, sic dono ibi ipsa vinea, vel terras, vel hec omnia superius scripta, exceptus ipso gornale de terra, ab integrum, cum exios vel regresios earum, ad proprio. Quod si ego donator, aut ullusque omo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam ibi hec omnia in duplo, cum omni earum inmelioratione, et anc donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacione IIII.° id. mart., a. X.° regnante Leutario, rege.

S+m Vuadamirus, qui anc vindicione fecit, et firmare rogavit; S+m Sesegudo; S+m Perucio; S+m Lotadus, monacus.

S+m Dominicus, presbiter, scripsit cum literas emendatas, et fusas, et rasas, et superpositas in verso II., et V., et VI., et VIIII.°, et ss. die et anno quod supra.

73. 964, marzo 15.

Sabrosa entrega a San Cugat tres piezas de tierra y viña que poseía en Palou, una vaca, un asno y otros animales domésticos.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 55 (n.° LXIII).
A. C. A., Cart., f. 347, n.° 1016.

In nomine Domini. Ego Sabrosa, femina, donatrix sum tibi domum s. Cucuphati. Manifestum est enim quia dono tibi terras et vinea, meo alode proprio, qui me advenit per compara; et est in comitatu Barch., in Valense, in terminio de Palaciolo, tres pecias de terras et vinea cum illorum afrontaciones, et vaca I, somera I cum ipso apario, troia I, oves IX, anos V, dextrale I, tribano I. Sic dono tibi domum s. Cucufati ipso avere propter Deum et remedium anime mee. Quod si ego donatrix, aut uldus homo, qui ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat ipso alode, et ipso avere in duplo cum omni sua inmelioratione, et ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione, id. marc., a. X.° regnante Leutario rex.

S+m Sabrosa, que ista vindicione fecit, et firmare rogavit; S+m Ansarigo; S+m Domenico; S+m Leotado, monacho.

Ss. Sendalecus scripsit et sub ss. die et anno quod supra.

74. 964, octubre 11.

Lodela y sus hijos dan a San Cugat las tierras que poseían en la Palma de Cervelló.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 55 (n.° LXIV).
A. C. A., Cart., f. 223 *v*, n.° 696.

In nomine Domini. Ego Lodelle, femina, et filiis meis is nominibus nomine Cixelo, Gillisclo, Scluva, Gultredo, Undela, Eudo, Savegodo, Condesalva, nos simul in unum donatores sumus domum s. Cucuphati mr., vel eius servientes. Manifestum est enim quia donamus ibi terra nostra propria, sicuti et facimus, qui nobis avenit, a me Lodelle, per comparacione, sive per decima et a nos filios per genitore nostro. Et ipsa terra in comitatu Barch., in terminio de Castro Cervilione, ad ipsa Palma. Et afrontat ipsa terra: de parte orientis in terra erma, et de meridie in torrente de discurrit, vel in terra de eredes

nostros, et de occiduo in torrente, et de circi similiter. Quantum in istas adfrontaciones includunt, sic donamus ipsa terra ud predicto domo, vel eius servientes, in ea vero racione, ut per omnes annos serviamus ibi ipsa tascha. Quem vero predicta ipsa terra, que ibi donamus ad predicto domo, de nostro iuro in suo tradimus dominio et potestatem, ab omni integritate, una cum exio vel regresio suo, sicut superius resonat. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra ista donacione ad inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ibi ipsa terra in duplo ad predicto domo cum omnem in sua melioracione, et in antea ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacio v.° id. oct., a. XI.° regnante Leutarius, rex.

S+m Lodelle; S+m Cixelo; S+m Guillisclo; S+m Scluva; S+m Gultredo; S+m Mundela; S+m Eudo; S+m Savegodo; S+m Condesalva, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ellesendo; S+m Barone; S+m Ervigo.

✠ Cristianus, presbiter, hec scripsit cum litteras superpositas in verso VI.° vel in verso X.°, et ss. sub die et anno quod supra.

75. 964, octubre 17.

Lodegario y su esposa Rodeleva (o Todeleva) donan al Monasterio un campo que poseían en el lugar llamado Octaviano.

REGESTA: MAS, *Taula*, 291; *Notes*, IV, 55-6 (n.° LXV).

A. C. A., Cart., f. 22, n.° 58.

In nomine Domini. Ego, Llodegario, et iuxori sue, Rodeleva, simul in unum donatores sumus domum s. Cucuphati martir, qui est situm in comitatum Barch., in illo loco que dicunt Octaviano. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus coegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et espontanea hoc elegimus cum Deo bone voluntas, ut ad predicto domno aliquid de proprietate nostra donare fecissemus, sucut et fecimus. Donamus in iam dicto termino ad prescripto domno campo nostro proprio, qui nobis advenit per comparatione; qui affrontat: de oriente in via, de meridie in terra de nos donatores, de occiduo in torrente, de circi in terra de domum s. Cucuphati martiris. Quantum istas affrontaciones includunt, omnia oc donamus atque manibus nostri tradimus ad prefacto domno, in ea videlicet ratione, ut dum vixerimus nos et posteritas nostra tenere hoc faciamus et labore et fructus ipsius expendere secumdum voluntatem nostram, absque illius blandimentum, et in unumquemquem annum ipsa tasca ibidem dare faciamus absque ulla traditate, et si aliquid ex nobis, aliquid exinde vindere voluerimus aut alienari, non habeamus licentia hoc facere, nisi in tale captione, ut ipsa tasca exinde donet ad prenominato domno, seu ipsius servientes. Quem vero predicta oc, que superius esta sunt, donamus atque manibus tradimus predicto domno seu ipsius servientes, tam presentes quam et futuri, illic perhenniter habendi, tenendi et possidendi, sicuti supra insertum est liberam in De[i] nominem, habeant plenam potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio.

Quod si nos donatores, aut ullus homo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendum, non oc valeat vindicare, set componat aut componamus ad predicto domno seu ipsius servientes, isto campo in duplo cum omni sua inmelioratione, et anc donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donatione XVI.° kal. nov., a. XI.° regnante Leotario, rex.

S+m Llodegarius; S+m Todeleva, qui hanc donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ioanne; S+m Guademiro; S+m Malaniegus.

℣ Enndious, presbiter, hec scripsit sub die et ss. anno quod supra.

76. 965, enero 17.

Martín otorga a San Cugat una propiedad, con casa y corral, que poseía en la villa de San Boy, cerca del estanque Llanera.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 146, 238. — MAS, *Notes*, IV, 56 (n.° LXVI). — AESBICHER, *Études*, 13, 25.

A. C. A., Cart., f. 263, n.° 864.

In nomine Domini. Ego Martinus, donator sum a domum s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullius quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria expontanea mea mihi hoc elegit cum Deo bona voluntas, ut a predicto domo vel ad eius servientes aliquit donare fecissem de mea proprietatem, sicuti et facio, terra mea propria, que abeo in comitatum Barch., in terminio de villa Alcale, prope estanno Lanarie, quod mihi avenit, aliquit per ienitores meos, aliquit per comparacionem. Qui affrontat: de orientis in ipso stanno, et de meridie in ipsas Lannas fenosas, et de occiduo in terra de Adaolfo, sive in terra erma, et de parte circi in terra de filios qd. Seniofredo; et ipsa cum curte affronta: de orientis in terra de Sperandeo, et de meridie in ipsa via, et de occiduo in terra de Pantaleo, et de parte circii in casa et curte de Sperandeo. Quantum infra istas infrontaciones includunt, omnia hoc dono predicto domo vel ad eius servientes, in tale capcione, ut ego ipso eam teneam et laborem et exfructem, et de fructus ipsius expendam secundum voluntatem meam in omnes dies meos; et si ego a nubcias venero, et exinde fideliter succesores meos laborare eam faciant in suplicacionem de domum s. Cucuphati, et ipsa tasca et ipsa decima per singulos annos dare faciant a domum s. Cucuphati, cum exio et regressio illorum, a proprio, quantum ego ibidem abeo vel abere debeo per quacumque voce, ab integrum. Et qui contra hanc donacione ad inrumpendum venerit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat et cum Iuda Scariothis participacionem *accipiat*, et ex liminibus s. ecclesie extraneus fiat, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacio XVI.° kal. febr., a. XI.° regnante Leutarius, rex.

℣ Martinus, qui hanc donacione fecit et firmare rogavi, ss.; S+m Petrus; S+m Constantini; S+m Falcucio; S+m Berterando.

ELDERICUS, presbiter, qui ista donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

77.

965, enero 30.

Juan y su esposa Rogada, cumpliendo la voluntad del difunto Juan, dan a San Cugat las tierras que poseían en el término de Laceres.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 535. — Mas, *Taula*, 291; *Notes*, IV, 56-7 (n.º LXVII).

A. C. A., Cart., f. 21, n.º 54.

In nomine Domini. Ego, Johanne, et Rogada, femina, donatores sumus domum s. Cucuphati. Manifestum est enim quia precepit nobis qd. Johanni quando venit ad extrema voluntate, ut cartam donationis fecissemus ad domum s. Cucuphati de aliquid de proprietate sua, sicuti et facimus. Donamus a predicto domo, propter Deum et remedium anime sue, terra que est in comitato Barch., in locum que vocant ad ipsas Laceres, que nobis advenit ipsa terra per causa elemosinaria de qd. Johanni, unde iudicium obligatum tenemus. Et affrontat ipsa terra: de parte circi in terra de Bonushomo, vel suos eres, de aquilonis in via, de meridie in terra de Daniel, de occiduo in via. Quantum istas affrontaciones includunt, sic donamus ipsa terra ad domum s. Cucuphati et iure ipsius servientes tradimus, tam isti quam et successores illorum, secundum reglam s. Benedicti, in Dei nomine, habeant plenam potestatem, cum exio et regressio suo, a proprio. Quod si nos, donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc donatione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ipsa terra ad domum s. Cucuphati, que ibidem donamus, in duplo cum omni sua inmelioratione, et hanc donatio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donatione III kal. febr., a. XI.º regnante Leutario, rege.

S+m Johanne; S+m Rogada, femina, nos qui hanc donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Amalricus; S+m Danla; S+m Adaulfo.

S+m Uuitiza, levita, qui hanc donatione scripsi et ss. die et anno quod supra.

78.

965, marzo 1.

Escluva dona al Monasterio dos viñas situadas en el término de "Aqualonga", con dos pares de bueyes y algunos instrumentos agrícolas.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 618.—Mas, *Taula*, 289; *Notes*, IV, 57 (n.º LXVIII).—Aebischer, *Études*, 17.

A. C. A., Cart., f. 19, n.º 47.

In nomine Domini. Ego, Scluva, donator sum domum s. Cucufati martiris. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut aliquid de propriete mea donare fecissem domum s. Cucufati, sicuti et facio. Dono namque a predicto domo modiata I de vinea qui fuit de Johanne et alia vinea que est ad ipsa Revoira, et vinea que est iuxta vinea de Sumiario et tonnas duas optimas, et cubos III, parilios III de portadoras, cavagos II, exada I, parilios II de boves cum suos aperios, archa I, litiga I, podadora I. Qui sunt ipsas

vineas suprascriptas in comitato Barch., in terminio de Aqualonga, qui mihi advenit hec omnia per mea comparatione. Et affrontat ipsa vinea, qui fuit de Johanne: de oriente in torrente, de meridie in ipso brugario, de occiduo et de circi in ipsos torrentes. Et alia vinea affrontat: de oriente in ipsa Revoira, de meridie in terra vel vinea de Salomone, de occiduo in vinea Ausilio vel suos heres, de circi in vinea de Sunla; et de alia vinea affrontat: de orientis et de meridie, in terra vel vinea de Suniario, de occiduo et de circi in terra de me, donatore, vel in vinea de Suniario. Quantum in istas affrontaciones includunt omnia hoc dono a predicto domo vel eius servientes, tam presentes quam et futuros, ut ab hodierno die et tempore libera, in Dei nomine, habeat plenam potestatem, cum exios et regressios earum. Quod si ego, donator, aut ullusque homo, qui contra ista donatione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare set componat, aut componam hec omnia superius scripta in duplo cum omnem illorum inmeliorationem, et hanc donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta ista donatio kal. mai, a. XI.° regnante Leutario, rege.

S+m Scluva, qui hanc donatione feci et firmare rogavi; S+m Mascharello; S+m Eimerigo; S+m Sancio; S+m Ansefredo; S+m Remesarvo, presbiter, ss.

⁂ Guiscafredus, presbiter, qui hanc donatione scripsi et ss. die et anno quod supra.

79. 965, mayo 3.

Argemir, testamentario de Sanla, da a San Cugat una viña situada en Octaviano, y unas tierras en Vilanova.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 545, 626. — Mas, *Taula*, 303; *Notes*, IV, 57-8 (n.° LXIX). A. C. A., Cart., f. 38, n.° 125.

In nomine Domini. Ego, Argemiro, elemosinario de qd. Senla, donator sum a domum s. Cucuphati 1.ª pecia de terra, qui est ipso domo in comitato Barch., vel infra terminio de Octaviano, et ipsa terra in iam dicto comitato vel infra terminio de Villa Nova +unde+ iudicium obligatum teneo in mea potestate ordinante iudice; que affrontat ipsa terra de circi in terra de Guitardo, de oriente in terra de Esperandea, de meridie in terra de Sende Sendaleco, et de occiduo in terra de Adevora, femina. Quantum infra istas affrontaciones concludunt, sic dono predicta terra ab integrum a domum s. Cucuphati vel ad suos servientes illum predictum tenendi, {possidendi,} vel faciendi ex inde quod voluerint in Dei nomine abeant plena potestatem, sicut canonina auctoritas iubet propter Deum et remedium anima de qd. Sanla, cum exio vel regressio suo a proprio. In tale pactum et conventum, ut laborare faciant filio meo vel frati meo, et dare faciant ipso agrero a domum s. Cucuphati vel ad suos servientes. Quod si ego, donator, aut ullusque omo, supposita persona, qui contra hanc donatione venerit pro inrumpendum, in primis ira Dei incurrat, et cum Abiron et Datam participatione accipiat, et de Sancta Mater Eclesia

extraneus fiat, nec per suo cimitario introire non faciat, nec comunicus recipiat, neque in vita neque post morte, et postea sic abeat firmitat.

Facta donatione v.° nonas madi, a. xi.° regnante Leutario, rex.

S+m Argemiro, qui ista donationem feci et firmare rogavi; S+m Dominico; S+m Gallizo; S+m Tudisclo.

☧ Cecilius scripsit et ss. die et anno quod supra.

80. 965, junio 29.

Diosdado y otros, testamentarios de Silicio, otorgan a San Cugat unas tierras con árboles que el difunto poseía en Plegamans.

REGESTA: Mas, *Notes*, iv, 58 (n.° lxx). — Aesbicher, *Études*, ii.

A. C. A., Cart., f. 368, n.° 1062.

In nomine Domini. Ego Deudado, et Adulfo, et Oriola, femina, et Martino, nos qui sumus elemosinarios de qd. Silicio, donatores sumus ad domum s. Cucuphatis mr. Manifestum est enim quia precepit nobis qd. Silicio per suum verbum testium et per sua plena loquella, ut si de ipsa egritudine mors illi adveniebat, sicut et fecit, cartam donationem fecisemus ad domum s. Cucuphati martir de sua terra cum ipsos arboribus, que ibidem sunt, quod ille abebat in comitatu Barch., in terminio de Plegamanu; et afrontat ipsa terra: de oriente in terra de s. Cucuphati martir, et de meridie in torrente, et de occiduo in ipsa aqua que discurrit, et de circio similiter. Quantum infra istas afrontaciones includunt, sic donamus in ipsa terra ipsa iiii.ª parte propter Deum et remedium anime sue de Silicio, cum exio vel regresio suo. Quod si nos donatores aut ullusque homo qui contra hanc ista donacione venerit ad inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ad domum s. Cucuphati, et ipsa terra, quod donamus, in duplo cum omni sua immelioracione, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione iii.° kal. iul., a. xi.° regnante Leutario, rex.

S+m Deudado; S+m Adaulfo; S+m Oriola; S+m Martino, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Recosindo; S+m Cecilio; Ss. Gaudemires, presbiter, in tale capcione de ipsa terra que non exia de manu parentorum, et ipsa tasca fuit a s. Cucuphati.

Recosindus, presbiter, qui ista donacione scripsit cum literas superpositas in verso iii.° et iiii.° et fusas in vi.° ss. et die et anno quod supra.

81. 965, agosto 13.

Elderico y su esposa hacen donación a San Cugat de unas tierras y una viña que poseían en "Castell Moth".

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 58 (n.° LXXI). — Aesbicher, *Études*, 31.

A. C. A., Cart., f. 223, n.° 692.

In nomine Domini. Ego Eldericus et uxori mea Egirana, donatores sumus domum s. Cucuphati. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut ad predicto domum aliquid ibidem donare fecissemus, sicuti et facimus. Donamus namque ibidem terra cum vinea, cultum vel ermum, quod abemus in comitato Barch. in terminio de Cervilione, in locum que vocant Castello Moth; que nobis advenit per nostra comparacione. Et afrontat ipsa terra cum vinea: de parte circi et de aquilonis, de meridie, de occiduo in ipso torrente que discurrit per imbrem. Quantum istas afrontaciones includunt, sic donamus ipsa terra cum vinea, ab integrum, ad domum s. Cucuphati, et iure ipsius servientes tradimus tam isti quam et successores illorum secundum regulam s. Benedicti; in tale videlicet racione, ut in diebus vite nostre teneamus et possideamus, et donare faciamus ipsa tascha ad domum s. Cucuphati, et post obitum nostrum remaneat ad s. Cucuphati, in Dei nomine, abeant plenam potestatem, cum exios et regressios earum, a proprios. Quod si nos donatores, aut ullusque homo qui contra hanc donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus ipsa terra, cum vinea et arbores, in duplo, cum omni sua inmelioracione, et hanc donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacione id. aug., a. x.°i.° regnante Leutario, rege.

S+m Eldericus; S+m Egirana, nos qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Venrello; S+m Leo; Ss. Mauregadus, presbiter.

℣ Witiza, levita, qui hanc donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

82. 965, agosto 19.

Espanesindo y su hijo entregan al Monasterio unas casas con sus corrales y accesorios, tierra y viñas que poseían en Palma de Cervelló.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 535. — Mas, *Notes*, IV, 59 (n.° LXXII). — Aesbicher, *Études*, 25, 50.

A. C. A., f. 224, n.° 697.

In nomine Domini. Ego Espanesinda, femina, et filio meo nomine Audesindo, donatores sumus domum s. Cucuphati martir, vel eius servientes. Manifestum est nobis et placuit animis nostris, et placet, nullus cogentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria expontanea nobis hoc elegit bona voluntas, ut supradicto domum s. Cucuphati carta fecissemus aliquit de proprietate nostra, sicuti et facimus, id est, casas cum solos, superposito, et curte, et orto cum suo rego, et suo caputrego, et pomiferis, et terra et vinea, hec omnia nostra pro-

pria, quod nobis avenit, a me Spanesinda, per comparacione, sive per decima, et a me Audesindo, per genitorem meum. Et est hec omnia in comitatum Barch., in terminio de castro Cervilione, ubi dicunt ipsa Palma. Qui afrontat hec omnia: de parte oriente in terra de Petrasio, et de meridie in terra de Eurevigio, et de occiduo in terra de nos donatores, vel in terra de Bellone vel suos eredes, et de circi in ipso rio quod discurrit. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic donamus domum s. Cucuphati, vel eius servientes propter Deum et remedium anime nostre, vel de iure meo, qui fuit qd. nomine Lorico. In tali videlicet racione, ut in diebus nostris teneamus et posideamus, et post obitum nostrum teneant filii nostri et posteritas nostra, et serviamus ibi ipsa tascha, et nichil exinde non remansit. Est manifestum. Quem vero predicta omnia hec, que vobis donamus, de nostro iuro in vestro tradimus dominio et potestatem, una cum exio vel regressio suo, sicut superius resonat. Quod si nos donatores, aut ullusque omo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus hec omnia in duplo cum omnem in sua melioracione, et in antea ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacio x.°IIII.° kal. setemb., a. XI.° regnante Leutarius, rex.

S+m Espanesinda; S+m Audesindo, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Argela; Ss. Elias, ss.; ✠ Recosindus, ss.; S+m Arvendus; S+m Tasio; S+m Ermenguarda, nos simul in unum, qui consenciens sumus in ista donacione.

✠ Cristianus, presbiter, hec scripsit cum litteras superpositas in verso III.° et ss. sub die et anno quod supra.

83. 965, agosto 28.

Martín y sus hijos dan a San Cugat unas tierras que poseían en Plegamans.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 59 (n.° LXXIII). — AESBICHER, *Études*, 51.

A. C. A., Cart., f. 369, n.° 1065 *bis*.

[I]n nomine Domini. Ego Martino et filiis meis, his nominibus, Gelmiro et Saborida et Adevora, nos simul in unum donatores sumus ad domum s. Cucuphati martir. Manifestum est enim quia cartam donacionem fecissemus de nostra terra quod abemus in comitatum Barch., in Vallense, in termine de Plegamanus; et afrontat ipsa terra: de parte in ipso termine de Marcianus, et de meridie in terra de Ermenisclo, et de occiduo in terra de Selizia, femina, vel <s>eres, et de circio in terra de domum s. Cucuphati martir. Quantum infra istas afrontaciones includunt, sic donamus ipsa terra propter Deum et remedium animas nostras perempniter, cum exio vel regressio suo; in tale capcione donamus ipsa terra ut in diebus nostris sic serviamus de ipsa terra ipsa tascha, et non exia de manu nostra vel de posterita nostra. Quod si nos donatores aut ullusque homo qui contra hanc ista donacione venerit ad inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus ipsa terra quod nos donamus in duplo cum omni sua, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione v.° kal. sept., a. XI.° regnante Leutario, rex.

S+m Martino; S+m Gelmiro; S+m Saborida; S+m Adevora, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Merabilius; S+m Suniario; S+m Recesindo.

Recosindus, presbiter, qui ista donacione scripsit et ss. die et anno quod supra.

84. 965, diciembre 8.

Juan, sacerdote, da a San Cugat una tierra y una viña que poseía en Tayá, junto con varios enseres domésticos, con la condición de que tenga el usofructo su sobrino Folio.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 60 (n.° LXXIV). — Aesbicher, *Études*, 15.

A. C. A., Cart., f. 243, n.° 759.

In nomine Domini. Ego Joannes, presbiter, donator sum ad domum s. Cucuphati. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut ad predicto domum donare fecissem alicuit de terra mea, et vinea, et tonna, et cubo I, et parilio uno de portatorias, sicuti et facio. In tale capcione dono ibidem ipsa terra, ut teneat eam vir Folius, presbiter, nepoti meo, omnibus diebus vite sue, et exfructet sine ullius blandimentum, et post obitum suum revertere faciat ad domum s. Cucufatis, et ad servientes eius. Et est ipsa terra in pago Barch., in terminio de Tiano, ubi dicunt Fratres. Qui affrontat ipsa terra: de parte circi in strata, de aquilonis it terra de Marino, et de Ispasiano, et de Anna, de meridie in strata, de occiduo in terra de Gazone, et de Odesindo presbitero. Infra istas afrontaciones sic dono ipsa quarta parte de ipso campo ad domum s. Cucuphatis in ipso campo qui fuit de avia mea Ansilde, ibidem donem ad supradictum domum ipsa quarta parte de totum ipsum campum, quod ibidem abeo per quaqumque voce. In ea videliiet racione, sicut supra scriptum est. Et est ipsa vinea, quod ibidem dono, in terminio de Villa birce; que afrontat: de circi in terra de Egilane, in sua vinea, de aquilonis in vinea de Egila et de Insimbardo, de meridie in vinea de s. Cucuphati, et de occiduo in via. Quantum infra istas afrontaciones includunt, hoc dono ad predicto domum, ab integre, sicut de supra insertum est. Quod si ego donator, aut ullus homo, que contra ista donacione pro inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam hec omnia in duplo cum illorum inmelioraciones, et cum illorum exios et regressios, et in antea ista donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione VI.° id. dec., a. XII.° regnante Leutario, rege.

Ss. Iohannes, presbiter, ss., qui anc donacione feci et firmare rogavi; S+m Vuillera; S+m Ennego; S+m Adroarius, levita, ss.; S+m Spasiano.

℣ Petrus, presbiter, qui anc donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

85. 966, mayo 29.

Lobelo dona a Santa María de Arampruñá unas tierras situadas en Gurdiola. (Cfr. n.° 90.)

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 60 (n.° LXXV). — Aesbicher, *Études*, 87.

A. C. A., Cart., f. 273, n.° 841.

In nomine Domini. Ego Lobelo, donator sum tibi a domum s. Maria cenobi cui est vocatus in terminio de Eraprugnano. Propterea dono namque a domum s. Maria terra mea propria, qui michi advenit per mea comparacione. Et est ipsa terra ad ipsa Gurdiola. E afronta ipsa terra: de cercii in ipso bosco, aquilonis in ipsa terra de Ferecinto, de meridie in vinea de domum s. Maria, de occiduo in terra de Iunio. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono a domum s. Maria ipsa medietate, et alia medietate ipsa tasca a s. Maria non possum vindere nisi a s. Maria ipsa medietate. Quem vero predicta omnia de meo iuro in tuo trado dominio potestate, cum exio et regressio suo, ad proprio. Quod si ego aut ulus homo, qui contra hanc ista donacione pro inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componam ad componam in duplo cum omnem earum inmelioracione, et in antea ista donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione III.° kal. iunii, a. XII.° regnante Leutarius, rex.

S+m Lobelo, qui hec feci, et firmare rocavi; S+m Vndela; S+m Seniofredo; S+m Vives.

⁂ Bradila, levita, qui hec scripsi et ss. die et anno quod supra.

86. 966, julio 6.

Adroer y su esposa dan a San Cugat tierra, campo y yermo que poseían en el castillo de Cervelló.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 61 (n.° LXXVI). — Aesbicher, *Études*, 31, 113.

A. C. A., Cart., f. 221 *v*, n.° 685.

In nomine domini. Ego Adroario et uxori mea Mariam, donatores sumus ad domum s. Cucufati cenobii, situm in locum Octaviano. Manifestum quia donamus ibidem terra culta vel erema nostra propria, que nobis advenit per nostra comparacione. Et est ipsa terra in comitatum Barch., in terminio de Castrum Cervilione; et afrontat ipsa terra: de oriente in terra de Gotmare, de meridie in ipsa rocha, de occiduo, similiter, de cerci in terra de Gotmare. Quantum istas afrontaciones includunt, sic donamus ad +predictum+ domum, vel ad eius servientes, ab integrum, cum exio vel regressio suo, in tale, videlicet, racione ut nos et posteritatis nostre teneamus et possideamus per beneficio de predicto domo et de ipsius servientes, tam nos quam omnes qua ipsum alaude tenuerint. Quod si nos donatores aut ullus omo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut

componamus ipsa terra ad predictum domum in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione II.° non. iulii, a. XII.° regnante Leutarius, rex.

S+m Adroario; S+m Mariam, qui ista donacione fecimus, et firmare rogavimus; S+m Salamon; S+m Casto; S+m Undela.

℟ Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss. sub die et anno quod supra.

87.

967, marzo 5.

Godregildo, sacerdote, testamentario de Undilano, da a San Cugat una casa y otros bienes que el difunto poseía en Camp Centelles.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 61 (n.° LXXVII).

A. C. A., Cart., f. 385, n.° 1119.

In nomine Domini. Ego Godregildus, presbiter, donator sum domum s. Cucuphati martiris cenobii. Manifestum est enim quia precepit mihi qd. Undilani, presbiteri, et mandavit michi per suum testamentum ut cartam donacionis fecissem ad domum s. Cucufati, sicut et facio. Dono namque ibidem casa cum curte et casales II. et ortos III. cum ipsos arbores et vites, cum rego et subtus rego, et omnia illorum pertinencia que ibidem abebat, et vinea cum terra culta et erma; qui michi advenit hec omnia per manumessores de qd. Undilani, presbiter, unde iudicium obligatum teneo infra metus temporum. Et est hec omnia in comitatu Barch., in villa que vocant Campo Sentigis. Et afrontat ipsa casa cum solo et superposito, et curte, et ipsos casales et ipsos ortos III cum ipsos arbores et vites, et ipso rego et ipsa vinea cum terra: de parte circi in casas et ortos de Martino, de aquilonis in rio qui discurrit, de meridie in ipsa Loreda, de occiduo in Castello Mulierum vel in torrente. Quantum istas afrontaciones includunt, omnia hoc dono ad domum s. Cucuphati omnem hereditatem de qd. Undilani, quod ille ibi habebat per sua comparacione et iure ipsius servientes trado, tam isti quam et successores illorum secundum regulam s. Benedicti, in Dei nomine, abeant plenam potestatem, cum exios et regressios earum, a proprios. Quod si ego donator, aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componant aut componam hec omnia in duplo cum omnem illorum inmelioraciones, et hanc donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta carta donacione III.° non. mart., a. XIII.° regnante Leutario, rege.

Ss. Godregildus, presb., qui hanc donacione fecit, ss. et firmare rogavimus; S+m Adroarius; S+m Radulfus; S+m Camarellus; S+m Mores; S+m Ermemirus; S+m Blandinus.

S+m Vuitiza, levita, qui hanc donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

¶ 88. 967, septiembre 27.

Venrell da a San Cugat unas casas con su corral y huerto, la mitad de cuatro molinos y una pieza de tierra, todo ello situado en el río de Caldas.

A. C. A. Monacales perg. San Cugat, n.º 56, original, y perg. n.º 33, copia hecha en 1225.

In nomine Domini. Ego Venrello, donatore sum domum s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia || placuit animis meis, et placet, ut carta donationis fecissem ad predicto domo de aliquit de meum || alaudem, sicuti et facio. Dono namque easdem domos meos cum curte et orto cum arboribus et in qua || tuor molinos ipsa medietate et 1 pecia de terra subtus ipso rego, qui mihi advenit hec omnia per genito || res meos vel per mea comparatione, sive per ullaque voce. Et est ipsa omnia in comitatum Barch., in Callense, in alveo de rio de Calidas, subtus Casteleto. Et affrontant hec omnia: de orientis in || terra erma, de meridie in terra et casa de Faizia, femina, de occiduo in rio, de circi in rio et in terra || de Gondoberto, et in terra erma. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic dono ad predicto || domo ipsas casas cum curte et orto et molinos, et in sua aqua et rego et cursu et decursu et in suo || caput aquis et resclosa, et omnia sua servimenta vel usubillia, cum exios et regresios illorum; in tale || captione ut in diebus nostris et ego et posteritas mea semper teneamus ipsum alaudem quantum supra in || sertum est, in nostra potestatem, et exfructemus et donemus ad predicto domo, vel ad eius successores || per quemquem annum ipsa tascha, et de meo iure in eius trado dominio et potestatem, sicut supra dictum. Quod si || ego donator ad ullusque omo qui contra hanc donatione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindi || care, set componat hec omnia in duplo cum omnem suam inmeliorationem, et hanc donatione || firmis permaneat omnique tempore.

Facta donatione v.º kal. oct., a. XIIII.º regnant Leutario, rege, || filium Lodoici.

S+m Venrello, qui hanc donatione feci et firmare rogavi; S+m Masca || ron; S+m Recosindo; S+m Armentario ||.

Ss. Vuiliara, presbiter, scripsi et ss. die et anno quod supra ||.

89. 967, septiembre 29.

Ermengarda da a Santa María de Castelldefels una viña que poseía en Arampruñá.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 61 (n.º LXXVIII).

A. C. A., Cart., f. 274 *v*, n.º 848.

In nomine Domini. Ego Ermengarda, femina, donatrix sum ad domum s. Maria, qui est in kastrum Felix. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut nullus quoque quoegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria mea expontanea hoc elegi cum Deo bona voluntate, ut ad predicto domo donare fecissem aliquid de alaudem meum, sicuti et facio. Dono

namque ibi vinea mea propria modiata I qui mihi advenit per mea comparacione; et est ipsa vinea in comitatu Barch., in terminio de Erapruniano, que affrontat: de orientis in terra erma de Nadesinda, femina, vel eredibus suis, de meridie in terra erma, de occiduo in via, de circi in vinea de iam dicto domo vel in vinea de iam dicta Nadesinda, femina, vel heredibus suis. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono ipsa vinea ad predicto domo vel ad eius servientes, ab integrum. Quem vero predicta ipsa vinea que ad predicto domo dono, in eius trado dominio et potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si ego donatrix, aut ullusque homo, qui ad ista donacione venerit ad inrumpendum, non valeat vindicare, set componat, aut componam ipsa vinea ad predicto domo in duplo, cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione III.° kal. oct., a. X.°IIII.° regnante Leutario, rege.

S+m Ermengarda, femina, que ista donacione feci et firmare rogavi; S+m Eizo; S+m Reinallus; S+m Galindus.

Ss. WADAMIRUS, levita, qui ista donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

90.

969, mayo 6.

Savila y sus hijos otorgan al Monasterio unas tierras que poseían junto al Llobregat, en el lugar llamado Cervelló.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 62 (n.° LXXIX). — PERAY, *San Cugat*, 106. — ABADAL, *Els diplomes*, 183.

A. C. A., Cart., f. *222 v*, n.° 691.

In nomine Domini. Ego Savilo, femina, et filiis meis nomine Eimila et fratri meo Exemeno, que vocant Roso. Manifestum est enim quia comutamus domum s. Cucuphati martir cenobii, que situm est in loco Octaviano, et vobis domno Poncius abba, vel successores eius, comutamus vobis terra nostra pro alia terra vestra quod abetis in castro Cervilione, in eius terminio de ipso monesterio; et est ipsa terra, quod vobis donamus in vestra comutacione idem modiatas VIII quod abemus in territorio Barch., iusta alveo Lubricato, ubi dicunt Castelione; et advenit nobis, a me Savilo, per comparacione et per decima, et nos filios per genitores nostros. Que afrontat ipsa terra: de parte circi in via qui exinde pergit, et de aquilonis in terra de Sanla et eredes suos, et de meridie et de occiduo in terra de nos comutatores. Quantum in istas afrontaciones includunt sic donamus vobis ipsa terra modiatas VIII aput solidos CC pro ipsa vestra terra quod superius resonat, una cum exio vel regressio suo, et niihil exinde non remansit, est manifestum. Quem vero predicta hec omnia, que vobis comutamus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem ad abendi, vindendi, comutandi ut quiquit exinde facere vel iudicare quod volueritis libera, in Dei nomine, plenam abeatis potestatem, ad proprio. Quod si nos comutatores aut ullus homo vel de heredibus nostris, aut quislibet homo subposita persona, qui contra hanc comutacio ad inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus vobis hec omnia, quod supra resonat,

in duplo, ab integrum, cum omnem suam inmelioracione, et hanc comutacione firma et stabilis permaneat modo et omnique tempore.

Facta comutacione II.° non madi, a. X.°V.° regnante Leutarius, rex.

S+m Savilo, ss.; S+m Emila; Exemeno, ss., nos qui hanc comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Daniel; S+m Baio; S+m Ermenardus rogitus, ss.

℣ Cristianus, presbiter, hec scripsit cum litteras superpositas in verso V et ss. sub die et anno quod supra.

91. 970, febrero 25.

Ramio, presbítero y monje, hace donación a San Cugat de las casas, corrales y tierra que poseía en Rexach.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 14. — MAS, *Taula*, 413; *Notes*, IV, 63 (n.° LXXXI). — AESBICHER, *Études*, 156.

A. C. A., Cart., f. *72 v*, n.° 282.

In nomine Domini. Ego Ramius, presbiter et monachus, donator sum ad domum s. Cucuphati cenobii cuius corpus quiescit, et domum fundata est in comitatu Barch., in locum Octaviano. Manifestum est enim quia sic placuit animis meis, et placet, ut ad predictam domum aliquid de proprietate mea donare deberem, sicuti et facio. Dono ibidem domos meos cum curte, et terra qui de subtus domos est, qui mihi advenit per mea comparacione. Et sunt ipsos domos et curte et terra in comitatum Barch., in locum Caldense, in villa Rexago. Et affrontat ipsos domos curte et terra: de parte orientis in terra de nepotos meos, de meridie in via, de occiduo in terra de Francho et de Audesinda, et de circi in terra de nepotos meos sive in terra de Senderedo. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic dono ad predicto domo ipsos domos et curte, et in ipso campo ad ipso capo superiore, prope ipsa curte, sortes II qui mihi tetigerunt, ab integrum, et de meo iure in eius trado dominio et potestate ad ipsius servientes tam isti presentes quam et futuri, integriter, una cum exio et regressio suo. Quod si ego, donator, aut ullusque homo qui contra hanc donacione venerit ad inrumpendum, componat aut componam hec omnia in duplo cum omne suam inmeliorationem, et ista donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacione V.° kal. marc., a. X.°VI.° regnante Leutario, rege, filium Lodoici.

℣ Ramius, presbiter et monachus, qui hanc donacione feci et firmare rogavi, ss.; S+m Adruarius; S+m Trasoarius; S+m Ennego.

℣ Odone, levita, qui hanc donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

92. 970, junio 1.

Lobelo y su esposa e hijos dan a Santa María de Arampruñá un alodio que poseían en Castell Rodanes o Castelldefels. (Cfr. n.º 84.)

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 63 (n.º LXXXII).

A. C. A., Cart., f. 273, n.º 842.

In nomine Domini. Ego Lobellus et uxor mea Juliana, femina, et filios meos, id est, Recosindo e Suniario. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus quoquegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea nobis hoc elegit cum Deo bona voluntate, ut fecissemus carta de nostrum alodem ad domum s. Maria cenobii, quod est sita in comitatum Barch., sive in terminio de castro Rodanas, que vocant Eraproniano, sive in locum que vocant Castello de Feles; et avenit nobis per quacumque voce. Et affronta hec omnia: de circi in via de s. Clemento, et de aquilonis in terminio de Monte Baio, et de meridie in via, et de occiduo in ipso torrente, qui discurrit. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic donamus ad domum s. Maria ipso maso, qui est casale, cum ipso feragenale, et ipsos arbores, ab integrum; et aliut quod remanet, teris et vineis, cultis et ermis, quantum ibidem abemus, aut abere debemus, in tale capcione, <a>ut nos aut posteritas nostra teneamus et posideamus, et ipsa tasca dare faciamus a s. Maria. Quod si nos, aut ullus homo, qui ista scriptura inrumpere voluerit, non hoc valeat vindicare, sed componam aut componamus hec omnia in duplo cum omnem earum inmelioracione, et in primis ira Dei incurrat et cum Iudas Scariothis participacionem accipiat, et ex liminibus s. eclesie extraneus fiat.

Facta donacio die kal. iunii, a. x.°vi.° regnante Leutarius, rex.

S+m Lobellus; S+m Juliana; S+m Recosindo; S+m Suniario, nos qui hec fecimus et firmare rogavimus; S+m Jelmiro; S+m Petrus Vives.

℣ Eldericus, presbiter, qui hec scripsi cum literas superpositas in verso primo ss. die et anno quod supra.

93. 970, junio 12.

Diosdado y su mujer donan a San Cugat unas tierras y unas viñas situadas en Plegamans.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 64 (n.º LXXIII). — Aesbicher, *Études*, 96.

A. C. A., Cart., f. 368, n.º 1063.

In nomine Domini. Ego Deodado et uxori mee Elaria, donatores sumus s. Cucuphati martir Christi terra et vinea. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus choqueaientis imperio, nec suadentis inienio, sed propria expontanea nostra hoc elegimus cum Deo bona voluntas, ut ad s. Cucuphati cenobii carta donacionem fecissemus, sicuti et fecimus, de terra et vinea quod abemus in comitatum Barch., in Valensis, infra termine de Plegamanus. Et afrontat ipsa vinea: de orientis in ipso margine de nos donatores,

et de meridie in termine de Gallecus iusta vinea de Sendredus, et de occiduo in vinea de Ansalon. Et afrontat ipsa terra: de orientis in terra de Sperandeo vel suos eres, et de meridie in torrent de Guiliarane, et de occiduo in ipso rio, et de circi in terra de Agabio. Quantum infra istas afrontaciones includunt sic donamus ipsa terra et vinea a domum s. Cucuphati, in tale videlice ratione quod in diebus nostris nos teneamus et possideamus in subiescione de s. Cucuphati, et de ipsa terra dare faciamus ipsa tasca et ipsa decimá, et de ipsa vinea et de ipsos fructos quod Deus ibidem dederit dare faciamus ipsa medietate et post obitum nostrum similiter teneant filiis nostris vel proienia nostra in subiessione de s. Cucuphati, sicut superius resonat, cum exiis vel regressiis earum; et est manifestum. Quem vero predicta terra et vinea, que nos donamus, de nostro iure ad s. Cucuphati ipsa terra et vinea tradimus dominio et potestatem, sicut superius resonat. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc ista carta donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ad domum s. Cucuphati, ipsa terra et vinea in duplo cum omnem illorum inmelioraciones, et in antea ista carta donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta carta donacione II idus iunii, a. X.°VI.° regnante Leutario, rege.

S+m Deodado; S+m Elaria, qui ista carta donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Bellellus; S+m Ariolfo; S+m Randolfo; S+m Sentore; S+m Livirus.

Ss. Baio scripsi et ss. die anno quod supra.

94. 971, enero 27.

Esteban y Oriol, sacerdote, dan a Santa María de Castelldefels una pieza de tierra que poseían testamentariamente en Arampruñá.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 62-3 (n.° LXXX).

A. C. A., Cart., f. 274, n.° 846.

In nomine Domine. Ego Stevano et Auriolus, presbiter, donatores sumus a domum s. Maria, mater Domini nostri Iesuchristi, qui est sita in castrum que vocant Felix. Manifestum est enim quia donamus a predicto domo vel ad eius servientes, modiata I de terra, quod habemus in comitato Barch., in terminio de Erapruniano, que nobis advenit per iudicium quod abligatum tenemus; qui afrontat ipsa terra: de circi et de aquilonis in terra de Altemiro vel eres suos, et de meridie in terra de Reinards et de occiduo in terra de domum s. Maria. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic donamus a predicto domo vel ad eius servientes modiata I de terra, ab integrum, cum exio et regressio suo, a proprio. Quod si nos donatores aut ullus homo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus a predicto domo vel ad eius servientes ipsa terra in duplo cum omnem suam inmelioracione, et insuper iram Dei incurrat, et cum Iudas Schariothis participacionem accipiat, et in avantea ista donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione VI.° kal. feb., a. X.°VII.° regnante Leutarius, rex.

S+m Stevano; Auriolus, presbiter, qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Anla, moonacus; S+m Rromaldus.

℣ Auriolus, presbiter, qui hanc donacione scripsi et feci ss. die et anno quod supra.

¶ 95. 971, mayo 2.

Giscafredo y su esposa venden a Mamberto la tierra que poseían en Masquefa.

A. C. A., Perg. 37 San Cugat, fondo Monacales. Orig.

[In nomine Domini. E]go Gischafredo et uxori sue Marta. Vinditores sumus tibi Mambertus emtore. Per hanc scriptura vindicionis || [vindi]mus tibi terra nostra propria, qui nobis advenit de comparacione; et est ipsa terra in comitatu Barch. in || [termi]no de Castrum Maschizeufa. Et afrontat ipsa terra: de orientis in terra de nos vinditores, et de meridie in estrada, et de oc || [iduo in ter]ra Chixilo, vel suos eres, et de circi in ipsa serra. Quantum istas quatuor afrontaciones includunt de ipsa terra sic vindi[mus vobis] ab omne integretate, cum exio vel regresio suo, in propter precium solid. x in rem valentem non remansit; est mani || [festum. Qu]e vero predicta terra de nostro iuro in tuo tradimus ad proprium. Et qui contra hanc ista carta vindicione venerit || [ad in]rumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat ipsa terra in duplo cum homne suam inmelioracione, et in ante ista [vindicio] firmis permanet omnique tempore.

Facta carta vindicione XII.° kal. iunii, a. XVII.° regnante Leu || [tario re]ge filio Ludovici.

S+m Gischafredo; S+m Marta, qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus. || [S+m Ber]trandus, ss.; S+m Dela; S+m Vuitardus. ||

[S+m R]ECOSINDUS, presbiter, qui hunc vindicione rogitus scripsit et sub ss. sub die et anno quod supra.

96. 971, julio 27.

Emo y otros tres, testamentarios de Petrone, dan a Santa Maria de Castelldefels cierta tierra que poseían en Arampruñá.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 64 (n.° LXXXIV).
A. C. A., Cart., f. 273 *v*, n.° 843.

In nomine Domini. Ego Emo, femina, Suzela, Stradeiro, et Engracia, femina. Manifestum est enim quia nos sumus elemosinarii de qd. Petrone; et ille precepit nobis et dixit pro timore Dei et remedium anime sue fecissemus cartam legitimam de terra ad domum s. Maria, que est in Castello de Feles; et avenit nobis per iudicium quod nos abligatum tenemus. Et est in comitatum Barch., in terminio de Castro Erapruniano, sive in terminio de Castello de Feles. Et affronta: de circii in ipsas petras tres naturales, et de aquilonis in

terra de Geriberto, et de meridie in terra de Emo, vel filios suos, et de occiduo in torrente sive in terra de Emo, vel filios suos. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic donamus nos ipsa terra a domum s. Maria, propter Deum amore et remedium anime Petrone, qui est qd. Et qui ista scriptura inrumpere temtaverit in vinculo componat ec omnia in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione VI.° kal. agust., a. X.°VII.° regnante Leutarius, rex.

S+m Emo; S+m Suzela; S+m Stradero; S+m Engracia, nos qui hec fecimus et firmare rogavimus; ✠ Bralila, levita; Se. Ss. richelmus ✠; Ss. Vives; Ss. Oleresas; Ss. Borellus, presbiter, qui istu signum oppressit de alia tinta.

ELDERICUS, presbiter, qui hec scripsi et die et anno quod supra.

97. 972, enero 18.

Eigfredo da a Santa María de Castelldefels una viña que poseía en el castillo de Cervelló.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 64-5 (n.° LXXXV).

A. C. A., Cart., f. 273 *v*, n.° 844.

In nomine Domini. Ego Eigfredus, donator sum domum s. Marie, chorum baselica sita est in comitato Barch., in terminio de castrum Erapruniano, in locum que vocant Castrum Feles. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut aliquit de proprietatem mea donare debeo domum s. Marie, sicuti et facio. Dono ibidem vinea mea propria, quod abeo in comitatu Barch., in terminio de castrum Cervilione. Et advenit michi per mea comparacione vel per quacumque voce. Et affrontat ipsa vinea: de parte orientis in terra vel vinea de Altemiro, de meridie in terra erma de Goltredo, de occiduo in via, de circi in vinea de Seniemirus vel de Muradello. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic dono ipsa vinea, hab integrum, ad predicto domum s. Maria, de meo iure in potestate hoc trado servientes ipsius ecclesie, tam presentes quam et futuros, ut ab odierno die et tempore libera, in Dei nomine, abeant plenam potestatem, cum exio vel regressio suo, faciendi quod voluerint. Quod si ego donator aut ullus homo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componam predicta hec omnia in duplo, cum omne suam inmelioracione ad predicto domum s. Maria sive eius servientes, et hanc donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacio XV.° kal. feb., a. X.°VIII.° regnante Leutario, rex.

S+m Eigfredus, qui hanc donacione feci et firmare rogavi; S+m Ella; S+m Durabile; S+m Livila.

Ss. Senderedus, presbiter, scripsi et ss. die et anno quod supra.

98. 972, febrero 4.

Galindo da a Santa María de Castelldefels un alodio que poseía en Rifá, entre Vilamajor, Alfou, Cardedeu y Mulnells, un campo de Olérdola y unas viñas de Arampruñá.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 65 (n.º LXXXVI).

A. C. A., Cart., f. 335 *v*, n.º 988.

Qui est quod humana fragilitas reddere possit fortissimo Deo, aut quod terrena pusilitas dignum offere suffitiat rerum omnium auctori altissimo, quod utiliter nos quos sola sua bonitate creavit, ita nulla intercedente bonorum operum merita gratuita miseracione a diabolica nos servitute cruoris sui effusione redemit. Verum quia idem de se ait: Si diligitis me, mandata mea servate. Quia ego illum terribilem formido ut dominum, et ut patrem ipso animo donante piissimum illum preceptum procuro implere quod ipsum credo ipse pro se imperasse quod dicit: Nescit is qua hora dominus domus veniat, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane, ne cum veniat repente inveniat vos dormientes, ne forte, quod absit, non tales inveniat quales coronare statuit, sed quales ultricibus penis deputare predixit. Quoscumque enim idem finis reprobos repererit,futuris incendiis perenniter cremabit, et quoscumque paratos regno invenerit, perpetue felicitati decorabit. Et quia post mortem nulli datur penitendi locum, nec boneffaciendi locum habeat, et idcirco: Ego Galindus, dum vivo de rebus meis distraccione sollicitus domino Deo factori meo, et beata Dei genitrice Maria offerre procuro, ut ipsa intercedat ad dominum pro me indigno iam dicto Galindo, et pro uxori mea Ermengarda, et filiis nostris, et pro fratrem meum Bardina, sive et pro seniori meo Mironi, qd., comiti, seu et pro genitori mei et pro genitrice, quia christicolarum more de mortalibus immortalia cupiens emmere, ego pro Dei timore et gehenne evasione, secundum paupertatis mee abitione terrenum tibi, sancta et inviolata virgo mater Domini offero me ipsum, ut pro te apud pium Dominum celeste consequamur beneficium et regnum eternum. Est venerabilis domus ecclesie tue ubi me subdo mancipatum advocatus monasterium in comitatu Barch., in fine Erapruniano, in locum vocitum Castellum de Felix, ubi intra trifarie templum in medium situm est altare venerabile virgo Dei genitrice Maria, dexteram vero partem altare s. Michaelis Arcangeli, levam vero s. Iohannis evangeliste, in quo lo[co] veneranda altaria constructa sunt in honore Petri et Pauli apostolorum principes, dono ibidem meum alaude, quod habeo in comitatum Barch., in Valense, publice vocatum Villa Ripha cum fines et termines suos, ut huius alaude in stipendia sit monachorum et uius templi restauracione. Afrontat autem iste alaude: de parte orientis in terminio de Villamaiore, de meridie vero in terminio de Alfoze, de occiduo autem inlaterat se in terminio de Cardetulo vel in Mulnellos, de circio namque in terminio de Brugarias. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono ad predictum domum ipsum alaudem, cultum vel eremum, cum exios vel regressios corum. Et advenit michi iste alaudem de seniori meo Mironi qd., comiti, per cartam donacionis quod ille michi fecit, et in alio loco, in terminum de Olerdola, dono ibidem meum campum ipsum, quod fuit de Sigofredo, et in terminum Eraproniano dono ibidem, ad predicto

domo, terras et vineas quod ibidem abeo per quacumque voce, cum omnes illorum afrontaciones, et cum exiis et regressiis earum. Sic dono ista omnia superius scripta ad predictum domum, iure perpetuo. Et qui hanc curtam donacionis inquirere vel disrumpere voluerit, non hoc valeat vindicare, sed componat in duplo hec omnia superius scripta cum omni sua inmelioracione, et hanc donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione II.° non. feb., a. X.°VIII.° regnante Leutario rege, filium Lodoici regi.

Ss. Galindus, ss.; S+m Ermengarda, qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ellam; S+m Suniarius; S+m Ennego.

℣ Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss. die et anno quod supra.

99. 972, abril 4.

Daniel y su esposa, y Savezell otorgan a Santa María de Castelldefels un alodio que poseían en Begas, término de Arampruñá.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 66 (n.° LXXXVII).

A. C. A., Cart., f. 274, n.° 845.

In Christi nomine. Ego Daniel et uxor mea Spetosa et Savezello, donatores sumus domum s. Marie advocatus monasterii qui est situs subtus Eraproniano, in locum vocitum Kastellum de Felix. Manifestum est enim quia placit animis nostris et placet ut aliquid de proprietate nostra donare fecissemus domino Deo et s. Maria sanctique Michaelis archangeli, s. Iohannis, s. Petri, apostolorum principis, s. Pauli, sicuti et facimus. Donamus namque ibidem alodem nostrum proprium quod habemus in comitato Barch., in terminio de Eraproniano, in locum que dicunt Beiges. Et advenit nobis <h>iste alaudem, ad me Daniel et ad me Spetosa per meum X, et ad me Savezello per mea comparacione. Qui affrontat: de parte orientis in terra de Ennego, de meridie in torrente, de occiduo in torrente Adalmare et de suos eres, et de circi similiter. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic donamus ipsum alaudem, cultum vel eremum, ad domum s. Marie vel eius servientes tam presentes quam et futuri ab omnem integritatem, cum exio et regressio suo. In tale videlice[t] racione ut omnibus diebus vite nostre teneamus nos et posteritas nostra <h>iste alaudem in nostra potestate et donare faciamus ipsa tasca ad domum s. Marie vel eius servientes. Quod si nos donatores aud ullusque homo qui contra hanc ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus <h>istum alaudem ad domum s. Marie vel eius servientes, et hanc donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione II.° non. apr., a. XVIII.° regnante Leutario, rege.

S+m Daniel, et uxor sua Spetosa, et Savezello, nos simul in unum, qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Spetosa iamdicta; S+m Savezello; S+m Ieremias; S+m Bonushomo; S+m Trasovado.

℣ Vuiskafredus, presbiter, qui hanc donacione scripsi cum litteras fusas in verso XII.° et ss. die et anno quod supra.

100. 972, abril 4.

Bonhome y Ermengarda, su mujer, dan a Santa María de Castelldefels un alodio que poseían en el Pendiç del castillo de Cervelló.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 66 (n.° LXXXVIII).

A. C. A., Cart., f. 275, n.° 849.

In Christi nomine. Ego Bonushomo et uxor sua Ermengarda, donatores sumus domum s. Marie advocatus monasterii, qui est subtus Eraproniano, in locum Castello de Felix, prope ipsa mare. Manifestum est enim qui placuit animis nostris, et placet, ut aliquid de proprietate nostra donare fecissemus Domino Deo et s. Maria et s. Michaelis archangeli et s. Iohannis et s. Petri apostolorum principis, sicuti et facimus. Donamus namque ibidem alodum nostrum, cultum vel eremum, cum glandiferis, que ibidem sunt, quod habemus in comitato Barch., in terminio de Castrum Cervilione, in locum que dicunt Pendito. Et advenit nobis histe alodum a me Ermengarda per meum decimum. Qui affrontat: de parte orientis in ipso rio que discurrit, de meridie in terra de Ermesinda, femina, vel eres suos, de occiduo in ipsa rocha, de circi in terra de Rosso. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic donamus histum alodum ad s. Maria vel eius servientes tam presentes quam et futuri; in tale videlice racione, ut omnibus diebus vite nostre teneamus et possideamus histe alodem in nostra potestate nos et posteritas nostra, et donare faciamus ipsa tascha ad domum s. Marie vel eius servientes. Quod si nos donatores, aut ullusque homo qui contra hista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus histum alodem ad s. Maria in duplo cum omni sua inmelioracione, et hanc donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacio II.° non. apr., a. X.°VIII.° regnante Leutario, rege, filium Ludoici.

S+m Bonushomo; S+m Ermengarda, qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Savezello; S+m Scluva; S+m Trasoado.

℣ Vuiskafredus, presbiter, qui hanc donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

101. 973, enero 25.

Teudardo y Livol, su esposa, permutan con Juan, abad de San Cugat, todo cuanto poseen del alodio que fué de Sesemundo, de Ermengarda y de Guitardo y de Dela por una pieza de tierra y viña que les da el Monasterio.

REGESTA: Mas, *Taula*, 402; *Notes*, IV, 67 (n.° LXXXIX). — Abadal, *Els diplomes*, 183.

A. C. A., Cart., f. 59, n.° 223.

In nomine Domini. Ego, Teudardus, et uxor mea, Livol, comutatores sumus tibi, Iohannes, abba, et fratres tuos monachos s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut inter nos comuta-

cionem fecissemus, sicuti et facimus. Donamus namque vobis in vestra comutacione ipsas nostras partes quot habemus in ipso mulino, qui est iuxta Palatio Auzido, cum suo capud aquis et suo rego et subtus rego, et suo mulnare, et curso {vel discurso}, cum terris et viridicariis subreganeis, pratis et pascuis, omnia, quantum habeo de ipso aulode de s. Cucuphati, qui fuit de Sesemundo et de Ermengarda et de Vuitardo usque in flumine Riopullo, et de ipso aulode qui fuit de Dela usque in ipso aulode qui est de Livol, et de Tedberga vel suos heres nostrum proprium, qui mihi advenit, ad me, Teudard, per mea comparacione sive per quacumque voce, et me, Livol, de genitores meos vel per comparacione et per decimum, sive per quacumque voce; omnia, quantum inter ipsos aulodes habemus superius scriptos et ipso flumine, omnia hoc vobis donamus in vestra comutacione pro alia vestra terra et vinea quot vos nobis dedistis, sicut in nostra resonat scriptura quot vos nobis fecistis, et de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem ab omnem integritatem, perhenniter habendi, vindendi, donandi, comutandi, vel faciendi exinde quot volueritis liberam, in Dei nomine, habeatis plenam potestatem, cum exiis vel regressiis earum, a proprio. Quot si nos, comutatores, aut ullusque homo, qui contra ista comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam vobis hec omnia in duplo cum sua inmelioracione. Et ista comutacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta comutaciones VIII.° kal. feb., a. X.°VIIII.° regnante Leutario, rege.

S+m Teudardus; S+m Luiol, nos qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Recosindo; ✠ Eroigius; ✠ Baldomar, ss.; S+m Adalus, ss.; S+m Vuadamirus, levita, ss.; S+m Bonesemo; S+m Ermenricus.

S+m Ennego, presbiter, qui ista comutacione scripsi et ss. die et anno quot supra.

102.

973, mayo 20.

Bonhome y Adaulfo empeñan a Pons, abad de San Cugat, una yugada de tierra situada en Cardedeu, por una cantidad de trigo y de cebada.

REGESTA: MAS, *Taula*, 298; *Notes*, 67 (n.° XC). — PERAY, *San Cugat*, 106.

A. C. A., Cart., f. 32, n.° 98.

In nomine Domini. Hic est pacto et placito sive et noticia legibus conscriptura quod nos facimus, Bonushomo et Adaulfus, ad te, Poncio, aba, et monacos s. Cucuphati. Manifestum est enim quia debitores sumus vobis sextarios III de frumentum et sextarios III de ordeo, quod vos nobis dedistis et nos manibus nostris recepimus, est manifestum. Propterea obligamus isto pacto et placito de nostra terra, bovada I, quod habemus in comitato Barch., in terminio de Cercitulo; qui affrontat: de circi, de aquilonis, de meridie, de occiduo, in terras de s. Cucuphati. Quantum istas affrontaciones includunt, sic inpignoramus vobis ipsa nostra terra, in tale videlicet ratione, ut ea die quod erit festa s. Felicis ista proxima ventura, sic vobis reddere faciamus ipsa annona placibile, et vos reddere nobis faciatis ista scriptura. Et si ad ipsa festa s. Felicis minime reterimus et ipsa annona vobis non reddiderimus, tunc ha-

beatis plena potestatem de ipsa terra apprehendere, vindere, tenere, vel omnia quecumque facere volueritis maneat vobis firma potestas, cum exio et regressio suo. Quod si nos, inpignoratores, aut ullusque homo qui contra isto pacto venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus vobis ipsa terra in duplo cum omni sua inmelioratione, et in antea isto pasto firmis permaneat omnique tempore.

Facto pacto et placito x.°III.° kal. iunii, a. x.°VIIII.° regnante Leutario, rege.

S+m Bonushomo; S+m Adaulfo, que isto pacto fecimus et firmare rogavimus; S+m Sesemirus; S+m Danla; S+m Els.

✠ Odone, levita et monacus, qui isto pacto scripsi et ss. die et anno quod supra.

103. 974, marzo 20.

Vicente da a Santa María de Castelldefels una casa con unos corrales, tierra y viña, que poseía en el castillo de Arampruñá.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 67-8 (n.° XCI).

A. C. A., Cart., f. 267, n.° 852.

In nomine Domini. Ego Vincencius, donator sum a domum s. Maria, mater Domini nostri Iesuchristi, qui est sita in castrum que vocan Felix. Manifestum est enim quia dono ibidem a predicto domo vel ad eius servientes casa, et curte, et orto cum ipsos arbores, et terra, et vinea, ec omnia quod abeo in comitato Barch., in terminio de castrum que vocant Eraproniano, que mihi advenit per mea comparacione; qui afrontat ec omnia: de circi in terra de Geribertus vel eres suos, et de aquilonis in via, et de meridie in terra que fuit de Sperandeo, qui est qd., et de occiduo in rio qui discurrit aqua. Quantum in istas afrontaciones includunt omnia [h]oc tibi dono a predicto domo vel ad eius servientes, casa cum curte, et orto cum ipsos arboribus, et terra culta et erma et vinea, et iure eam trado secundum canonicam auctoritatem, ec omnia, ab omnem integritatem, ut eam faciant ipsos servientes in servicio de predicto domo, sicut illorum continent societatem in illorum voluntatem, abeatis potestatem, cum exios et regressios illorum, a proprio. Quod si ego donator aut ullus homo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendum, non [h]oc valeat vindicare, sed componat, aut componam a predicto domo vel ad eius servientes ec omnia in duplo, cum omnem earum inmelioracione, et anc donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione x.°III.° kal. apr., a. XX.° regnante Leutarius, rex.

S+m Vincencius, qui hanc donacione feci et firmare rogavi; S+m Elias; S+m Golteredus; S+m Longovardus.

✠ Auriolus, presbiter, qui anc donacione scripsi, cum literas fusas in versos ubi vides, ss. die et anno quod supra.

104. 974, abril 8.

Guifredo, único superviviente de los testamentarios de Bulgarano, entrega a San Cugat una viña y una heredad situadas en Villa Romanedo y los bienes inmuebles que el difunto poseía en Gallechs y en Orrius, más otras cosas.

REGESTA: Carreras, *Argentona*, 89; *Lo Castell de la Roca*, 142. — Balari, *Orígenes*, 49, 618, 633. — Mas, *Taula*, 300; *Notes*, IV, 68 (n.° XCII).

A. C. A., Cart., f. 34, n.° 106.

In nomine Domini. Ego, Adaulfus, levita, et Iohanne, presbitero, et Vuifredo, presbitero, que vocant abas. Manifestum est enim quia precepit nobis qd. Bulgarane, presbitero, per suum testamentum unde iudicium obligatum est infra metus temporum a sserie conditionis editus, ut cartam donationis fecissemus ad domum s. Cucuphati martiris, cuius monasterium situs est in comitato Barch., in terminio de villa Cerdaniola. Set ingruente morte ad Adaulfo, levita, elemosinario de qd. Bulgarane, presbitero iam dicto, et Iohanne, presbitero, que exilio petivit, et propter multas moras tardavit, ista scriptura ad faciendum ad iam dicto cenobio. Set ego,Uvifredus, presbiter, que vocant abas, solus relictus, dono ad domum s. Cucuphati monasterii omnia, sicut suo testamento resonat, unde iudicium obligatum est. Id est, vinea, quod habebat in terminio de villa Romanedo, simul cum ipsa hereditate de ipsa terra quod habebat iuxta ipsa vinea, qui est vicina de vinea de fratri suo Servo Dei, et de vinea Argemiro, vel de Garvino, et iniungit in ipsa via. Et iterum dono ibidem omnia quod ille habebat infra terminio de villa Galegus quod ibidem ille tenebat ad diem mortis sue; et iterum dono omnia quantum ille habebat infra terminio de villa Orreos, cultum vel heremum, casales et suas pertinentias, et tonna I, tenente kasivos XX.ª, et cubo I.°, et parilio I.° de boves, et ipsa arada apud ipsas emente et canadas II. Hec omnia dono ad iam predicto monasterio propter amorem Dei et remedium anime de qd. Bulgarani, presbiteri iam dicti, ut ab hodierno die et tempore quiete et secure in antea hoc teneant, et exquirant, laborent, et exfructent servientes de iam dicto monasterio que ibidem fideliter vigilant in Dei servitio, tam presentes quam et sequentes eorum, a proprio, de predicto monasterio, cum eorum affrontaciones, et exios et regressios earum. Et qui ista donatione ad me facta inrumpere temptaverit, eadem feriatur sentencia que sacrorum canonum docent sive constringunt; et ista donatio ad me facta firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione VI.° id. apr., a. XX.° regnante Leuthario, rege.

℣ Uvifredus, presbiter, que vocant abas, qui hac donatione feci et testes firmare rogavi; S+m Gerulmo; S+m Eldredus; S+m Petrus.

S+m Oliba, presbiter, qui ista donatione scripsi cum litteras fusas in verso II.° et ss. die et anno quod supra.

105. 974, septiembre 22.

Ennego y Flodeberga, testamentarios de Mascaró, dan a Santa María de Castelldefels unas tierras que el difunto poseía en Arampruñá por herencia de su padre.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 68-9 (n.° XCIII).

A. C. A., Cart., f. 277, n.° 860.

In nomine Domini. Ennego et ego Flodeberga, femina, donatores sumus ad domum s. Maria, que est sita in castro Felix. Certum quidem manifestum est enim quia precepit nobis qd. Mascharone per suum testamentum, unde iudicium obligatum tenemus infra metus temporum a serie condicionis editus ut carta donacionis fecissemus a predicta s. Maria, sicuti et facimus, de sua faxa de terra quod habebat in terminio de Erapruniano, quod illi abebat per voce genitori suo qd. Gontario; que est ipsa faxa de terra in pago Barch., in terminio de Erapruniano, quod donamus ipsa terra a predicto domum, ab integre, +cum illorum afrontaciones et+ cum illorum exios et regresios, propter deum et remedium anime de qd. Mascarone hoc tradimus ipsa terra in potestate de s. Maria et de suos servientes, ut quicquid exinde facere vel iudicare voluerint, in Dei nomine, liberam abeant plenam potestatem. Et qui contra ista donacione pro inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat ipsa terra a predicto domum in duplo cum sua inmelioracione, et hanc donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione x.° kal. oct., a. xx.°i.° regnant Leutario, rege.

S+m Ennego; S+m Flodeberga, nos qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; Ss. Enalangecius, clericus; S+m Recisclus, diaconus, ss.; Ss. Petrus, presbiter, ss.

S+m Paterdonno, presbiter, qui ista donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

106. 974, noviembre 16.

Ennego, testamentario de su esposa, otorga al Monasterio un alodio situado en el lugar llamado Garrosa, junto a San Vicente del Horts.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 69 (n.° XCIV).

A. C. A., Cart., f. 223 *v*, n.° 695.

In nomine Domini. Ego Ennego, qui sum helemosinario de qd. uxor mea Bella, donator sum domum s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia sic precepit michi qd. uxor mea Bella, quando venit ad extrema voluntate, unde iudicium obligatum obtineo infra metus temporum a sserie condicionis factus, ut cartam donacionis fecissem ad iam dicto s. Cucuphati de suo alaude, qui est in comitatu Barch., in terminio de Castrum Cervilione, in locum que dicunt Garrosa, prope domum s. Vincenti. Et affrontat ipso alaude: de parte oriente in ipso regario, qui fuit de Garsinde, commetissa, de meridie in terra de

s. Cucufati, que fuit de Centullo, de occiduo in strada publica, de circi in terra qui fuit de Garsinde, cometissa. Quantum istas afrontaciones includunt, sic dono ad predicto domum s. Cucuphati ipso alaude, hab integrum, cum exio vel regressio suo, vel ad eius servientes, tam presentes, quam et futuros venientes, et de meo iure in eius trado dominio et potestatem, ad omnia quicquid exinde facere voluerint. Quod si ego donator, aut ullusque homo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componam ad predicto domum ipso alaude in duplo cum omnem suam imelioracione. Et ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione x.°vi.° kal. dec., a. xx.°i.° regnante Leuthario, rege.

S+m Ennego, qui ista donacione feci, et firmare rogavi; S+m Ella; S+m Geirallo; S+m Galindo.

Ss. Sendredus, presbiter, scripsi cum litteras fusas in verso xii et ss. die et anno quod supra.

107. 975, febrero 9.

Avizana da a Santa María de Castelldefels una faja de tierra que poseía en el castillo de Arampruñá.

REGESTA: Mas, *Notes*, iv, 69-70 (n.° xcv). — Aesbicher, *Études*, 65.

A. C. A., Cart., f. 277, n.° 857.

In nomine Domini. Ego Avizana, femina, donatrice sum ad domum s. Maria virginis. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus quoegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria mea expontanea hoc elegi cum Deo bona voluntas, ut ad predictam domum s. Maria cartam ibidem fecissem de terra mea propria, sicuti et facio. Et est ipsa terra in comitatum Barch., in terminio de castrum Erapruniano. Advenit michi per mea comparacione, sive per quacumque voce. Afrontad ipsa terra: de parte circi in terra de me donatrice, de orientis in terra de Ascharigo et in terra erma, de meridie in terra de Donnone, qui fuit qd., de occiduo in terra erma et in terra de Virgiba, femina. Et in alio loco, dono ibidem alia terra que affrontat: de circi in ipsa via, de orientis in terra de Savilo, femina, vel eres suos, de meridie in terra de Conrata, femina, et in terra de iam dicta Savilo, femina, vel eres suos, de occiduo in terra de iam dicta Onrada. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic dono ibidem ad predictum domum s. Maria, cuius baselica sita est in castrum de Felix, propter Deum et remedium anime mee, ab omni integritatem, cum exios vel regressios earum, a proprios. Et qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed ira Dei incurrat, et cum Iudas Scarioht participacionem abeat in profundum inferni, et ista donacione firma maneat omnique tempore.

Facta donacione v.° id. feb., a. xx.°i.° regnant Leutario, rege.

S+m Avizana, femina, que ista donacione fecit et firmare rogavit; S+m Ioanne; S+m item Ihoanne, que literas docuit et scribere non novit; S+m Seniofredus.

S+m Wadamirus, presbiter, scripsit et ss. et die et anno quod supra.

108. 975, marzo 15.

Ademir otorga al Monasterio dos yugadas de tierra y cuatro de viña, junto con unos bienes muebles, que poseía en Masquefa, unas viñas en Valrá y otras en la Plana de Castellar.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 70 (n.° XCVI).

A. C. A., Cart., f. 178 *v*, n.572.

In nomine Domini. Ego Ademirus, donator sum domum s. Cucufati cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullius quoegentis imperio, nec suadentis ingenio, set propria et expontanea mihi hoc elegi cum Deo bona voluntas, ut me metipsum ibidem tradidissem et cartam donacionis fecissem ad domum s. Cucufati. Dono namque ibidem pariliadas II de terra, infra cultum et ermum, et modiatas IIII de vinea in duos locos, et tonna I. et cubo I et cavago I et exada I et podadora I, quod habeo hec omnia in comitatum Barch., vel in termine de Maccefa; est ipsa terra et ipsas vineas sunt in terminio de Castellare, in locum que dicunt Valrane, et in alio loco que dicunt ad ipsa Plana. Et affrontat ipsa terra: de oriente in terra de Danengo vel de Crispio, et de meridie in terra de Rimulo vel suos eres, et de occiduo in Serra, et de circi in strada. Et ipsa vinea de Valran afrontat: de oriente in terra de Gomesindo, de meridie in terra de Axila, et de occiduo in terra de Iusto, de circio in vinea de Sancto. Et alia vinea quod est ad ipsa Plana afrontad: in terra erema de omnesque partes. Quod mihi advenit ipsa terra per qd. uxori mee unde iudicium obligatum teneo, vel per mea comparacione, et ipsas vineas per genitori meo vel per mea comparacione. Quantum istas afrontaciones includunt omnia hoc dono ad domum s. Cucufati et iure ipsius monaci servientes trado tam isti quam et successores illorum secundum regulam s. Benedicti, in Dei nomine, abeant plenam potestatem, cum exios et regressios earum, a proprio. Quod si ego donator, aut ullusque homo qui contra hanc donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindichare, set componat, aut componam hec omnia ad domum s. Cucufati in duplo cum omnes illorum in melioraciones, et hanc donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacione id. marcii, a. XX.°I.° regnante Leutario, rege.

Ss. Adimirus, qui anc donacione feci et firmare rogavi, ss.; S+m Abundius; S+m Flavius; S+m Poncius.

☧ Wittiza, presbiter, qui hanc donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

109. 975, mayo 20.

Maniberto y su esposa Emo dan al Monasterio de San Cugat casas, tierras, etc., situadas en Masquefa, a la parte opuesta del Llobregat.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 549. — MAS, *Notes*, IV, 71 y 87 (núms. XCVII y CXXVIII). Es una copia hecha por mandato del abad Juan el 5 de agosto de 981, y el Rdo. Mas asigna a la misma dos números, uno correspondiente a la fecha propia y otro a la de la copia.

A. C. A., Cart., f. 178 *v*, n.° 573.

In nomine Domini. Ego Manibertus, et uxori mee Aemo, que vocant Lobeta, donatores sumus domum s. Cucufati martiris cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus quoegentis imperio, nec suadentis ingenio, sedpropria et expontanea nobis elegit cum Deo bona voluntas, ut kartam donacionis fecissemus ad domum s. Cucufati. Donamus namque ibidem casas, cum solos et superpositos, et curtes, et ortos cum pomiferos, in rego et subtusrego, in terris, in vineis, in garricis, in pascuis, in silvis, glandiferis vel inglandiferis, pratis, aquarum ductibus vel reductibus, quantum omnia habemus vel hereditas debemus per quacumque voce; et habemus hec omnia in comitato Barch., ultra aloeum Lubricato, in castrum Macchefa [1] et michi advenit hec omnia per ienitores meos, vel per mea comparacione. Et ad me Aemo, que vocant Lobeta, per mea comparacione, vel per meum decimum. Haec omnia quantum habemus in terminio de castri Macchefa, sicut superius insertum est, totum donamus ad predictum domum s. Cucufati, cum omnes illorum affrontaciones, vel ad eius monachos qui ibidem serviunt, tam isti quam et successores illorum secundum regulam s. Benedicti, in Dei nomine, habeant plenam potestatem, cum exios et regressios earum, a proprio; in tale videlicet racione, ut in diebus vite nostre teneamus et possideamus sine ullius blandimentum de ullumque hominem, et post obitum nostrum remaneat ad filios nostros vel posterita illorum, et faciant exinde servicium per unumquenque annum solidos X. Quod si nos donatores aut ullusque homo, qui contra donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus hec omnia ad domum s. Cucufati in duplo cum omnes illorum inmelioraciones, et hanc donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta donacione XIII.° akl. apr., a. XX.°I.° regnante Leuthario, rege.

Et facta est ista translacione vel exempla non. aug., a. XX.°VII.° regnante Leuthario rege, filium Ludoici. Et ego Iohannes, abba, iussi roborari ista scriptura vel donari a predicto Maniberto et uxori sua predicta, in propterea ut nec ego nec ullus de successoribus qui subcessuri erunt post me in iam dicto cenobio, non amplius adtemptemus aliqum servicium apetere, nec ad vos supradicti nec ad successores vestros de predictum alaudem, vel de quod ibidem donastis per ista scriptura predicta unde ista exempla ⟨est⟩ translata, nisi ipsos solidos X quod resonant in ipsa scriptura.

✠ Iohannes, nutu Dei aba, qui hanc exempla de predicta scriptura iussit fieri, et Galinduś, presbiter et monachus; ✠ Odone, levita et monachus, ss.; ✠ Ferriolus, presbiter et monachus; S+m Ariemundus, presbiter et monachus; S+m Audegarius, presbiter et monachus, ss.

S+m IOHANNES, subdiaconus, qui hanc exempla scripsi et sub ss. die et anno quod supra.

1. *Sigue borrado*: sicut superius insertum est, totum donamus ad predictum domum s. Cucufati, cum omnes illorum afrontaciones.

110. 975, mayo 15.

Salomón da a San Cugat una tierra y una viña sitas en el lugar de "Figamaro" de Cerdañola.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 214. — Mas, *Taula*, 304; *Notes*, IV, 71 (n.º XCVIII). — Aebischer, *Études*, 31.

A. C. A., Cart., f. 38 *v*, n.º 126.

In nomine Domini. Ego Salamone, donator sum a domum s. Cucuphati. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut aliquid de proprietate mea cartam fecissem, sicuti et facio. Dono namque a domum s. Cucuphati vel sucessores eius terra, et in alio loco vinea modiata I.ª legiptimam, qui mihi avenit per meam comparatione. Et est hec omnia in comitatum Barch., in terminio de Cerdaniola, in loco que dicunt Figamaro. Et affrontat ipsa terra: de orientis in terra et in vinea de me donatore, et de meridie in terra de Sesemiro vel suos eres, et de occiduo similiter, et de circi in terra de s. Cucuphati; et ipsa vinea affrontat: de orientis in terra de Sesomiro vel suos heres, et de meridie in terra s. Cucuphati, et de occiduo in terra de Sesomiro vel suos heres, et de circi in vinea de Sesomiro. Quantum istas affrontaciones includunt de ipsa vinea, sic dono ad predicto domo vel successores eius modiata I.ª legiptimam, et ipsa terra totum ab integrum, cum exios vel regressios earum et cum illarum affrontaciones. Quod si ego, donator, aut ullusque homo, qui contra ista donatione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam ad domum s. Cucuphati vel successores eius in duplo cum omni sua inmelioratione, et hanc donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta carta donatione idus madii, a. XX.ºI.º regnante Leuthario, rege.

S+m Salamone, qui hanc donatione feci et firmare rogavi; S+m Manesindo; S+m Gualdramiro; S+m Guillisclo.

S+m Ermemirus, presbiter, hec scripsi et ss. sub die et anno quod supra.

111. 975, septiembre 7.

Egofredo da a Santa María de Castelldefels una viña sita en Arampruñá.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 74 (n.º CV).

A. C. A., Cart., f. 277 *v*, n.º 858.

In nomine Domini. Ego Egofredus, donator sum ad domum s. Maria mater Domini nostri Iesuchristi, qui est sita in kastrum que vocant Felix. Manifestum est enim quia dono ad predicto domo, vel ad eius servientes, vinea mea propria, quod abeo in comitatu Barch., in terminio de Eraproniano. Et advenit mihi omnia per mea comparacione. Et afrontat ipsa vinea: de orientis in vinea de Suffiva, et de meridie in vinea de Alarigo, vel in terra de Ennego, et de occiduo in torrente, et de circi in vinea de Adanagelde, et de Lodesindo. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic dono ad predicto domo vel ad

eius servientes ipsa vinea et cubo uno et tonna una, ab integrum, cum exio et regressio suo, a proprio. Quod si ego donator, aut ullusque omo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendum, aut ego venero, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam, ad predicto domo, vel ad eius servientes, ipsa vinea et ipso cubo, et ipsa tonna in duplo, cum eorum inmelioracione, et insuper iram Dei incurrat et cum Iudas Skariothis participacionem accipiat, et in avantea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione VII.° id. sept., a. XX.°II.° regnante Leutario, rege.

S+m Egofredus, qui ista donacione fecit et firmare rogavit; S+m Suniefredus; S+m Arnallus; S+m alius Suniefredus.

Ss. Wadamirus, presbiter, qui ista donacione scripsit et ss. die et anno quod supra.

112. 976, enero 15.

Albaro y su esposa dan a San Cugat ciertas tierras y viñas con unas casas y unos corrales que poseían en Olérdola.

REGESTA: MAS, *Taula*, 596; *Notes*, IV, 71-2 (n.° XCIX); XIII, 80.

A. C. A., Cart., f. 128, n.° 421.

In nomine Domini. Ego Albar et uxor mea Bonadonna, donatores sumus a domum s. Cucufati cenobii, qui est situs in comitatum Barch. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, licitum ese videre domos Dei edificare et de rebus nostris honorare alique concedere, audientes predicaciones ss. omnium, quia helemosina a morte liberat anima. Cognosciti peccata conpuncta divina pietatis, ut pius et misericors Deus sit in peccatis nostris. Pro{p}terea concedimus atque tradimus terras et vineas, et casas, et curtes quod abeo in comitatum Barch., in termine de Olerdula, totum ab integrum, qui michi advenit, ad me Albar, per comparacione, et a me Bonadonna per meum x. Et affrontat hec omnia: de orientis in ipsos gorgos, de meridie in villa de Lobos, de occiduo in termine de s. Stefani, de circi in termine de Subiratus. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic donamus hec omnia iam dicta quod ibi habemus, in tale capcione, ut teneamus omnibus diebus nostris, et post obitum nostrum teneant filiis nostris et dare faciamus per quisque annos solidos x. Et qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, in primis iram Dei incurrat et cum Iudas Scariot, qui Dominum tradidit participacionem accipiat et pecatis nostris anime ipsius sit obligatum,et ista donacione inrumpere non permittatur, sed per temporali iudicio componat quantum hec resonat in duplo cum sua melioracione, et ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione X.°VIII.° kal. feb., a. XX.°II.° regnante Leutario, rege.

S+m Albar; S+m Bonadonna, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Guilmosare; S+m Mascaron; S+m Giscafre.

✠ Unifreddus, presbiter, qui ista donacione scripsit et ss. die et anno quod supra.

113. 976, febrero 3.

Orila, Baron y Dadilde, herederos de confianza de Fedancio, dan a San Cugat media mojada de tierra, exceptuando la décima, situada en Gallechs (Gal[e]cus), que retendrán los sucesores de Fed. pagando al Monasterio la cuarta parte de la labranza.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 72 (n.° c). — Aesbicher, *Études*, 140.

A. C. A., Cart., f. 376, n.° 1088.

In nomine Domini. Nos Orila et Baron et Dadilde simul, qui sumus elemosinarii de qd. Fedancio, ut vobis cartam fecisetis ad domum s. Cucufati, sicuti et facimus, una semodiata de terra, exceptum ipso de x. Et est ipsa terra in comitatum Barch., in Vallense, infra ter[mi]no de Galcus. Et afronta: de circi in terra de Dadilde, et de orientis in terra de Servus Dei, et de meridie similiter, et de occiduo in riunculo. Quantum istas IIII afrontaciones includunt, sic donamus ipsa terra ad domum s. Cucuphati, in tale captione, ut teneant filios suos au[t] posterita illis et nos donare faciamus a servientes aud subse[sso]ribus illius de dommum s. Cucuphati quarto de ipsa laborancia, ab integrum, cum exio et regresio suo, a proprio. Quod si nos elemosinarius a[ut] ullusque omo, qui ista donacionis venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed compona ipsa terra in duplo cum sua inmelioratione, et ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione III.° non. febr., a. XX.°II.° renante Leutario, rex.

✠ Orila, ss.; Ss. Barone; S+m Dadilde, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Quitardus; S+m Quisandus.

Ss. Teodosius, qui ista donacione ss. et subscripsi die et anno quod supra.

114. 976, febrero 9.

Los testamentarios de Arviansi otorgan al Monasterio la mitad de las tierras que el difunto poseía en la Madriguera de Vidrá (Olérdola).

REGESTA: Mas, *Taula*, 594; *Notes*, IV, 72-3 (n.° CI). — Aesbicher, *Études*, 140.

A. C. A., Cart., f. 125 *v*, n.° 413.

In nomine Domini. Ego Ulirbio, et Lunisenda, femina, et Igiga, et Sinfredo, et Teduino, donatores sumus domum s. Cucufati martir cenofhegie, vel eius servientes. Manifestum est enim quia precepit nobis Arviansi ctonnam, quando pergit ad domum s. Petri apostoli Rromme, unde obiit de oc seculo in mense octobri, ut carta ei fecissemus de ipsa sua terra ipsa medietate quod abebat in pago Barquenona, in terminio de Olerdula, a Vitrano, ad ipsa Madrigera, sicuti et facimus, ut unde nos iudicium abligatum tenemus, sub cuius manu iudice Tudiscclus. Et affrontat: de orientis in ipsa via calciata, de meridie in terra de Tudiscclus, iudice, de occiduo in terra de domum s. Cucufati martiris zenobi, de circi, in ipso semetario que pergit ubique. Quantum in istas affrontaciones includunt sic donamus de ipsa terra ipsa medietate, ab integrum,

cum exio vel regresio suo. Quem vera predicta terra, que ec donamus de nostro iuro in eius eodem tradimus dominio ap potestatem, a proprio. Quod si nos donatores aut ullusque omo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set compponant domum s. illi martiris vel eius servientes ipsa terra cum omni sua inmelioracione, et in antea ista donacione firmis permanet omnique tempore.

Facta carta donacionis v.° id. feb., a. xx.°ii.° regnante Leutario, rex.

S+m Ulirbio; S+m Lunesinda, femina; S+m Igiga; S+m Sigfredo; S+m Teduino, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ferrucio; S+m Atto; S+m Suniarius, presbiter, ss.

Ss. Tassius, presbiter, qui ista donacione scripsit cum literas superpositas in verso ii. ss. die et anno quod supra.

115. 976, abril 24.

Juan da a Santa María de Castelldefels unas casas, un corral, un huerto, unas tierras, viñas y unos muebles que poseía en Arampruñá.

REGESTA: Mas, *Notes*, iv, 73 (n.° ciii).

A. C. A., Cart., f. 276, n.° 853.

In nomine Domini. Ego Iohannes, donator sum ad domum s. Maria, mater Domini nostri Iesuchristi, in Kastrum Felix, qui est advocatus monasterii. Manifestum est enim quia dono ad predicto domo vel ad eius servientes, casas meas cum solos et superpositos, et curte et ortos et terra mea et vinea mea, quod abeo in comitatu Barch., in terminio de castrum Rodanas, que vocant Eraproniano. Et affrontant ipsas casas et curte et ortos: de orientis in via, de meridie in terra et in casas de Savilo vel heredes suos, de occiduo in via, de circi in via. Et afrontat ipsa terra: de orientis in terra de s. Maria, de meridie in ipsa marina, de occiduo in terra de Vivas, de circi in ipsa Marmella. Et affrontat ipsa vinea: de parte orientis in terra de Ennego vel eredes suos, de meridie in via, de occiduo in vinea de Seseguilo, de circi in vinea de Burello, comite. Et advenit michi ipsas casas et curte et ortos et ipsa vinea per mea comparacione, et ipsa terra per mea aprisione. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono ista hec omnia supperius scripta ad predicto domo vel eius servientes, ab integrum, cum exios et regressios, et earum, a proprio, propter remedium anime mee. Quod si ego donator aut ullusque homo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, aut ego venero, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam ista hec omnia ad predicto domo vel ad eius servientes in duplo, cum omnem earum inmelioracione, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacio viii.° kal. madii, a. xx.°ii.° regnante Leutario, rege.

S+m Ihohannes, qui ista donacione fecit et firmare rogavit, et cubo uno et tonna una; S+m Baldredus; S+m Mirone; Ss. Riculfus Mironi, ss.

Ss. Wadamirus, presbiter, qui ista donacione scripsit et ss. die et anno quod supra.

116. 976, mayo 7.

Ermengola hace donación a Santa María de Castelldefels de unas casas, un huerto y una viña sitos en Arampruñá.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 73-4 (n.° CIV).

A. C. A., Cart. f. 275, n.° 850.

In nomine Domini. Ego Ermengarda, femina, donatrix sum ad domum s. Maria, mater Domini nostri Iesuchristi, in Kastrum Felix, que est advocatus monasterii. Manifestum est enim quia dono ad predicto domo vel ad eius servientes casas cum solos et superpositos, cum suos ortos vel suos pomiferos, vel suas edificaciones, et ipsa vinea quod habeo in comitatu Barch., in terminio de Kastrum Rodanas, que vocat Eraproniano. Et advenit mihi ista hec omnia superius scripta per mea comparacione. Et adfrontant ipsas casas cum ipso orto: de parte orientis in ipsa via, de meridie in vinea iam dicta, de occiduo in torrento, de circi in ipsa casa et in ipso orto de Geriberto. Et ipsa vinea affrontat: de orientis in ipsa via et in ipso torrento, de meridie in torrento, de occiduo in vinea de Vigilio vel heredes suos, de circi in vinea de Isemberto que vocant Mocone, vel in vinea de Guisterleva. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic dono ad predicto domo vel ad eius servientes ista hec omnia superius scripta, ab integrum, cum exios et regressios earum, a proprio. Quod si ego donatrix haut ullusque homo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, haut ego venero, non hoc valeat vindicarê, set componat, haut componam ista hec omnia superius scripta ad predicto domo, vel ad eius servientes, in duplo, cum illorum inmelioracione; et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione non. madii, a. XX.°II.° regnante Leutario, rege.

S+m Ermengarda, qui ista donacione fecit et firmare rogavit; S+m Sancio; S+m Amabile, presbitero; S+m Bonesindus, clericus.

Ss. Wadimirus, presbiter, qui ista donacione scripsit et die et anno quod supra.

117. 976, octubre 18.

Ennego y su esposa dan a San Cugat un molino con sus pertenencias, casas, huertos; además unas tierras sitas en el castillo de Cervelló.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 74-5 (n.° CVI).

A. C. A., Cart., f. 225 *v*, n.° 704.

In nomine Domini. Ego Ennego et uxori mea Ago, donatores sumus ad domum s. Cucuphati cenobii situm in locum Octaviano. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut donare fecissemus ad predictum domum aliquid de proprietatem nostram, sicuti et facimus, donamus ibidem molino nostro proprio cum omnes illius pertinencias et terra, que ibidem est, et casas, et ortos; et in alio loco terra. Et est hec omnia in territorio Barch., in ter-

minio de castrum Cervilione. Et afrontat ipso molino, et ipsos ortos, et ipsa terra: de oriente in terra de Ennego, de meridie in terra de Suniefredo vel suos eres, de occiduo in alaude de predictum domum [1], de cerci in terra de Vuitiza; et ipsa alia terra afrontat: de oriente in terra de Mascharone, de meridie in terra de Suniefredo vel suos eres, de occiduo in terra de Adanasia, de cercii ipso rio. Quantum istas afrontaciones includunt, sic donamus ad predictum domum, vel ad eius servientes, in eadem videlice racione ut nos et posteritas nostra teneamus et possideamus et donare faciamus ipsam tascha ad predictum domum, vel ad eius servientes, et qui contra ista carta donacionis pro inrumpendum venerit, aut eam disrumpere voluerit, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ipsa omnia iam dicta in duplo cum omnem illorum inmelioracione, et ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione xv.° kal. nov., a. xx.°iii.° regnante Leutarius, rex.

S+m Ennego; S+m Ago, qui ista donacione fecimus, et firmare rogavimus; S+m Abo; S+m Suniario; S+m Flavio.

✠ Auriolus, presbiter, qui ista donacione scripsit cum litteras ssuperpositas in ipsos signos et ss. die et anno quod supra.

1. *Sigue, pero cancelado,* vel ad eius servientes in eadem videlice ratione.

¶ 118. 976, diciembre 23.

Unisclo y su esposa venden a Malagego una tierra sita en el castillo de Cervelló.

A. C. A. Monac. perg. 45. Orig.

In nomine Domini. Ego Unnisclo et hucxoris sue Servil, femina, vinditores sumus tibi Malagego, emtor. || Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus tibi modiata una de terra cum ipsa cassa, qui nobis || advenit per comparacionem, et ad me Servil per decimam. Et est in comitatuum Barch., in ter || minio de Chastro Cervelionem in aulode de domno s. Cucufatii. Et adfrontat ipsa terra simul || cum ipsa chassa: de orientem in terra de Trassegoncha, et abet dextros xxv, et de meridie || similiter vel in terra de Ervigio, et abet dextros xxv, et de hocciduo in terra de te || comparatore, vel in terra de Trassegoncha, et abet dextros xxv, et de cercii in terra de santuum || Cucufati, vel in terra de Trassegoncha, et abet dextros xxv Quantum ipsas iiii.^{tuor} adfron || taciones includunt, sic vindimus tibi ipsa terra simul cum chassa, ab integrum, in precium solid xxv ||; et est manifestum. Quem vero hec omnia que tibi vindimus de nostro iuro in tuo tradimus dominio et potestatem ab omnem || integrietatem, ad faciendum quid volueritis. Quod si nos vinditores, aut ullus omo, qui ista superius scripta ve || nerit ad inrumpendum in duplo componam cum sua inmelioracionem, et in avantea ista vindicio firmis et stabilis || permaneat omnique tempore.

Facta vindicionem x.° kal. ienuarii, a. xxiii.° regnante Leo || tario, rege.

S+m Unnisclo; S+m Servil, nos que ista vindicione fecimus, et firmare rogavimus; || S+m Alardo; S+m Guilisclo; S+m Suniario ||.

Riculfus, presbiter, scripsi et ss. die et anno quod supra.

119. 976, diciembre 31.

Oriol da a Santa María de Castelldefels una tierra que poseía en el castillo de Arampruñá.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 75 (n.° CVII).

A. C. A., Cart., f. 277 *v*, n.° 859.

In nomine Domini. Ego Auriolo, presbitero, donator sum domum s. Marie virginis, cuius baselica sita est in locum que vocant Castellum de Felix, in terminum de Erapruniano. Manifestum est enim quia dono ibidem terra mea propria, quod abeo in comitatum Barch., in terminio de castrum Eraproniano. Et advenit michi de mea comparacione. Et afrontat ipsa terra: de oriente in terra de Vigilio vel in ipsa de s. Maria, de meridie in terra de Drudela, de occiduo in terra erema, de circi in terra de domum s. Maria. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic dono ad predictum domum vel ad eius servientes, tam presentes quam futuros, ad abere +vel facere+ quod voluerint, in Dei nomine, firmam abeant potestatem. Quod si ego donator, aut ullus omo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam ipsa terra ad predictum domum, vel ad eius servientes in duplo, cum omnem suam inmelioracionem, et ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione II.° kal. ian., a. XX.°III.° regnante Leutario, rege.

✠ Auriolus, presbiter, qui ista donacione fecit et firmare rogavit et ss.; S+m Ermemiro; S+m Adanagilde; Ss. Desiderius, ss.

✠ Auriolus, presbiter, qui ista donacione fecit et hec scripsit et ss. die et anno quod supra.

120. 977, enero 18.

Goregelda otorga o vende a San Cugat unas tierras sitas en el estanque Llanera, cerca del Llobregat.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 75 (n.° CVIII).

A. C. A., Cart., f. 263 *v*, n.° 816.

In nomine Domini. Ego Goregelde, donator vel vinditor sum domum s. Cucuphati cenobii, cuius domus fundatus est in comitatum Barch., in locum Hoctaviano; dono sive namque vindo ad predicto domo vel ad eius successores, terras quod mihi precepit vel iniuncxit qd. Bersinda, femina, quando ad extrema voluntate venit, unde obiit, et unde iudicium obligatum abeo infra metus temporum a seriem condicionis, sicuti et facio; et sunt ipsas terras in comitatum Barch., in locum que dicunt Stagnum Lanaria, prope flumen Lubercauto. Et affrontant ipsas terras: de orientis in ipso stagno, de meridie in ipsa arena de ipsa mare, de occiduo in terra de Eroigio, vicario, de circi in terra de Ermomiro, vicario. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic vindo, sive dono ad predicto domo, vel ad eius successores de ipsas ereditates de Bersinda ipsa

medietate, ab integre, propter Deum et remedium anime iam dicte Obersinde, ut ab odierno die et tempore plenam potestatem abeant successores de predicto domo ipsas terras, ad tenere et facere secundum canonicam auctoritatem, et de meo iure in eius trado dominio et potestatem, cum exio vel regresio suo. Quod si ego donator sive vinditor, aut ullusque omo, qui contra hanc vindicione et donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat ipsas terras in duplo, cum omnem suam inmelioracionem, et anc donacio sive vindicio firmis permaneat omnique tempore.

Facta vindicionis XV.° kal. feb., a. XX.°III.° regnante Leutario, rege, filium Ledoici.

S+m Goregelde, que hanc donacione, sive vindicione feci et firmare rogavi; S+m Recosindo; S+m Petro; S+m Ioanne.

Ss. Vuiliara, presbiter, que hec scripsi et ss. die et anno quod supra.

121. 977, enero 25.

Suniofredo, sacerdote, y otros dan a Santa María una tierra que fué del difunto Vives, situada en Albarells, en el castillo de Arampruñá.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 76 (n.° CIX).

A. C. A., Cart., f. 276 *v*, n.° 854.

In nomine Domini. Ego Suniefredus, presbiter et monachus, et Fructuosus et Durandus et Garibertus et Guldregudo, femina, nos simul in unum donatores sumus ad domum s. Maria vel ad eius servientes. Manifestum est enim quia donamus ad predicto domo vel ad eius servientes ipsa terra que est ad ipsos Albarellos, qui nobis advenit per qd. Vivas. Et est ipsa terra in comitatu Barch., in terminio de castrum Rodanas, que vocant Eraproniano. Et affrontat ipsa terra: de parte orientis in terra de Virgilia vel de Ihohanne, de meridie in ipsa marina, de occiduo in terra de Presabia, femina, vel eredes suos, de circi in terra de Helias vel eres suos. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic donamus ad predicto suo, a proprio. Quem vero predicta ipsa terra, quem ad domum eius donamus de nostro iure in suo trademus dominio et potestatem. Quod si nos donatores aut ullusque homo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus predicto domo vel ad eius servientes in duplo, cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione ista VIII.° kal. feb., a. XX.°III.° regna Leutario, rege.

Suniefredus, presbiter et monacus; Fructuosus; Durandus; Garibertus; Guldregudo, femina, nos simul in unum, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Baldomarus; S+m Eliseus; S+m Altemirus.

Ss. Wadamirus, presbiter, qui ista donacione scripsit cum literas fusas in verso I. et ss. die et anno quod supra.

122. 977, febrero 22.

Guilemón (Ennego) hace donación al Monasterio de un alodio sito en el castillo de Lavid.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 76 (n.° CIX).

A.C. A., Cart., f. 149 *v*, n.° 486.

In nomine Domini. Ego VVilemundo, que vocant Ennego. Magnum mihi gaudium est Deum laudare et glorificare, et de meis rebus s. Dei ecclesie honorare atque concedere. Audiente predicationum ss. Patrum et quia elemosina a morte liberat animam, recognosco me peccati macula honustrum, conpuctus divina pietas ut sit michi Dominus adiutor et protector ad suo iudicio. Propter hoc dono alodem meum ad domum s. Cucufatis cenobio, qui est situs in loco qui dicitur Hoctaviano; dono namque ibidem terras et vineas, kasas et curtes, et turrem cum solos et superpositos, molinis vel molinaris, ortis, ortalibus, cum regos et subtus regos, et cum aput aquis, pratis, silvis atque garricis, vel aliis arboribus, fructuosis vel et fructuosos, cum rupes vel petras. Et est hec omnia in comitatu Barch., in terminio de Kastrum Vide; et advenit mihi hec omnia per mea comparacione vel per quacumque voces. Et affrontad hec omnia: de parte orientis in ipso torrent de ipso Kanedello, qui est in termino de Subiratos, vel de ipsa Vidde, vel in ipso Puio alto, qui est super ipsa Rocha Rubia, deinde in ipso Pinna, qui est super ipsas spelunchas, vel per sumitate de ipsos Puios, qui sunt terminos inter Subiratus et ipsa Vidde et pervadit usque ad ipso torrent de ipso Araino, de occiduo in terminis de Olerdula vel de Fonte Rubia, de circi similiter in termine de Font Rubia vel de Mediona, sive de Apiaria. Quantum istas affrontaciones includunt, sic dono a predicto domo servientesque ipsius hec omnia predicta cúm terminis, exiis vel regressiis earum, et de meo iure in eius trado dominio et potestate; in tale videlicet racione, ut hec omnia teneant prolis mei et possideant vel posteritas illorum in subdiccione s. Cucufatis, et de ipsum fructum, quod Deus ibi dederit, per unumquemque annum fideliter dare faciant ipsa tascha a predicto domo vel eius servientes, et non liceat eis vendere, nec alienare nisi inter illos aut prelibato domo, sicut iuste fuerit preciatum a bonisque hominibus, nec senioraticum alium facere, set omnis modis preseveret in dominacione vel potestate s. Cucufatis sic[ut] aliis alaudibus vel munificenciis ad eius domo pertinenciis. Quod si ego donatore, aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam tibi predicto domo ipsa omnia suprascripta in duplo cum sua inmelioracione, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta carta donacione VIII.° kal. marci, a. XX.°III.° regnante Leutario, rege.

S+m Wilemundo, que vocant Ennego, qui ista donacione feci et firmare rogavi; S+m Esclua; S+m Trasemundo; S+m Gondeberto; S+m Vuilirico.

Barone, sacer, qui ista carta donacione scripsi et die et anno quo supra.

123. 977, abril 20.

Testamento de Armenter, encargando a sus albaceas que cumplan los legados que hace a diversas personas.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 352. — Mas, *Taula*, 334; *Notes*, iv, 77 (n.º cxi).
A. C. A., Cart., f. 55 *v*, n.º 203.

Anno xx.°iii.° regnantis Leutario, rege, xii.° kalendas madii. Ego Armentaro, sic dico pro anima mea et voto et rogo ut fiant meis elemosinariis, id est, Iohannes et Argela, et Tudiso. Precipio namque vobis helemosinariis meis, ut si mors mihi advenerit antequam alium testamentum faciam, istum firmum permaneat omnique tempore. Et dare faciatis pro anima mea parilio i de boves. Et ad novo venientem de meum panem et vinum dare faciatis ipsa medietate pro anima mea. Et de ipsas meas oves dare faciatis v, et ipsa alia medietate de meum panem et vinum dono ad sorori mea Trasilo, et guadenca i, et borracio i, et dono ad Daco solidos viii, et ad Iusto littera i, et ad Senior, femina, littera i nova. Et faciatis cartam ad s. Cucuphati de ipsas meas casas cum curtes et de ipsa terra qui ibidem est. In tale conventum: quod teneat Iusto in diebus vite sue in suditione Cucuphati. Et dare faciat ipsa tascha ad s. Cucuphati; post suum vero obitum remaneat ad eius domo, a proprio. Et dono ad Iusto barrilo i, et de ipsas alias terras et vineas quod ego habeo, vindere faciatis ipsa tercia parte et ipsum precium dare pro anima mea. Et faciatis carta ad s. Michaelis Archangelis et {ad} s. Maria et s. Laurenci, qui sunt in monte supra Terraciam, et semodiata i de vinea, et tona quod habeo in locum Terra Rubia; et de ipsum precium de ipsos boves donare faciatis ad Wilara, filio Iohanne, solidos iiii, et dono ad Trasilo quartada i de vinea in Terra Rubia, et semodiata i de terra in villa Panperello iuxta terra de Savegonte, et dono ad Iusto cavaco i et cubo i vindere pro anima mea, et ad Iusto quarta i de vino ad novo veniente, et perdono ad Lobo solidos vi quod ille mihi debet, et hoc quod remanet de ipsa terra et vinea dono ad meis elemosinariis, qui sunt suprascripti, ad illorum proprium pro anima mea, et ad Iusto dardo i, et ad Daco vindere faciatis guasarma, et omnia rem quod remanet vindere et dare faciatis pro anima mea, et ad Iusto ove i Facto testamentum.

S+m Armentero, qui istum testamentum feci et firmare rogavi; S+m Giscafredus; S+m Ariovadus; S+m Iusto; S+m Daco; S+m Venrelo.

Ss. Baio scripsi et ss die et anno quod supra.

¶ 124. 977, abril 23.

Chintela y su esposa venden a Trasegoncia unas tierras sitas en Cervelló.

A. C. A., Monac. San Cugat, perg 46, orig.

In nomine Domini. Ego Chintela et uxori mea Sabrosa vinditores [sum]us tibi Tra[se]gon || cia, emtrice. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus tibi terra nostra propria, || qui nobis advenit de nostra comparacione. Et est

ipsa terra in comitatum Barchinonen || se, in terminio de Castrum Cervilione, in alaude domum s. Cucufati martir. Et || afrontat ipsa terra: de oriente in terra se Scluva, de meridie in terra de te emtri || ce, de occiduo in terra de domum s. Cucufati, de cerci similiter. Quantum istas || afrontaciones includunt, sic tibi vindimus ipsa terra ab integrum, cum exio vel || regressio suo, in propter precium solid. v et nichil exinde non remansit; est mani || festum. Quem vero predicta terra que tibi vindimus de nostro iure in tuo tradimus do || minio et potestatem, ad facere exinde omnia quod volueris. Quod si nos vinditores || aut ullusque omo qui contra ista vindicione venerit pro inrumpendum, non hoc va || leat vindicare, set componat aut componamus tibi ipsa terra in duplo cum omnem || suam inmelioracione, et ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Fac || ta ista vindicione VIIII.° kal. madii, a. XXIII.° regnante Leutarius || rex.

S+m Chintela; S+m Sabrosa, qui ista vindicione fe || cimum et firmare rogavimus; S+m Lobatone; S+m Ennego; || S+m Bonushomo, presbiter, ss. ||.

℣ Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss. die et anno quod supra ||.

¶ 125. 977, junio 7.

El conde Borrell da a San Cugat un alodio que poseía en Badalona, junto al Besós.

A. C. A. Monac. perg. San Cugat 47 (ol. 27), orig.

In nomine Domini. Ego Borello, comite, donator sum domino Deo et s. Cucuphati Octavianensi cenobio. Manifestum enim qui placuit animis meis, et placet, nullius || quoque coegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria mea hoc elegi cum Deo bona voluntate, ut ad domum s. Cucuphati kartam donacionis fecissem de || aliquid de proprietate mea, sicuti et facio. Dono namque alodem meum quod Iohannes, abba, fecit mihi carta; et sunt cassas et curtes, et turre, terras et vineas, || ortis, ortalibus, arboribus, pomiferis vel impomiferis, cultum vel eremum, omnia quantum Iohannes abba tenebat per vocem ienitores suos sive per scriptura || quod fecit Geldriga, femina, sive per quacumque voce. Et est ipse alaude in territorio Barch., iusta alveo Bisautio, in terminio Bitulona, ubi || dicunt Puiuo de Arvenno. Et adfrontad ipse alaude: de parte circi in valle de Cuvilas, et de orientis in ipso arinio de ipso villare qui discur || rit de Mucazano ad mare, et de meridie in mare, et de occiduo in alveo Bisautio. Quantum infra istas afrontationes includunt, sic dono ad || predicto domo s. Cucuphati predicta omnia per ista voce quod superius insertum est, promto animo et bona voluntas, propter Deum et remedium anime mee || quod Deus me defendat|[1] de inimicis meis. Quod si ego donator, aut que homo qui contra hanc donacione venerit ad inrumpendum, non hoc || valeat vindicare, sed componat, aut componam ipsa hec omnia in duplo cum omni immelioratione sua, et in antea ista donatione firma per || maneat modo vel omnique tempore.

Facta ista donatione VII.° id. iunii, a. XX.°III.° regnante Leutario rege ||.

✠ Borrellus, gratia Dei, comes et marchio, qui ista donatione feci; S+m Baron; S+m Ennego; S+m Sanla ||.

Ss. Guillarane, presbtier, scripsi cum litteris damnatis in linea VIIII.ª et ss. die et anno quo supra ||.

1. *Hay un borrón, que parece repetiría las palabras* quod Deus me defendat.

126. 977, junio 11.

El conde Borrell vende a Unifredo, por sesenta monedas de oro, el castillo de San Esteban de Castellet, en la Marca.

REGESTA: MAS, *Taula*, 553; *Notes*, IV, 77 (n.° CXII). — AESBICHER, *Études*, 11.
A. C. A., Cart., f. 115, n.° 383.

In Dei nomine. Ego Borrellus, gratia Dei chomes et marchio, vinditore sum tibi, Uniefredo, que vocant Amado, emtore. Per hanc vindicione mea vindoque tibi kastrum meum, que nucupantur s. Stephani, qui est in comitatum Barch., in eius marchia; qui advenit michi per vocem parentorum meorum, seu per quecumque voce. Et affrontat predictum kastrum cum eius termine: de parte circii in termine de kastrum Vetere et aderet se cum termine de Olerdola, et de aquilonis obviat se cum termine de iam dicta Olerdola, et de altano aderet se in serra qui est super Crespa rocha et pervadit usque in ipsa serra qui est inter predicto termine s. Stephani e termine de Cubellas, et deinde vadit usque in ipso kaldario, qui est de s. Oliva, vel in termine quod resonat in preceptum s. Cucufati, et de occiduo, subiungit in ipsa Guardia de Bagnarias, seu in serra qui est inter termine predicto s. Stefani et iam dicta s. Oliva vel in termine que ressonat de domum s. Cucufati martir in preceptum iam dicto. Quantum istas affrontaciones includunt, omnia hoc tibi vindo, ab integre, et iure tuo trado ad tuum proprium, ut quicquid facere volueris de predicto castro cum suas turres et omnis edificiis suis et eius muros vel cum quid homo nominari posse, simul cum ipsius terminos libera, in Dei nomine, plenam et incho[n]vulsibilem habeas potestatem, cum exiis et regressis earum, exceptus ipso alaude de domum s. Cucufati, qui fuit qd. Dato Mauro. Hec predictum kastrum cum suo termine, tibi vindo in precium pensas sexsaginta. Et nichil de ipos precio apud te emptore non remansit; et est manifestum. Quod si ego, vinditor, aut ullusque homo, qui contra anch vindicionem venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat, aut componam tibi predicta hec omnia, que tibi vindo, in duplo cum omnem suam imelioracione, et hanc vindicio firmam perseveret omnique tempore.

Facta ista vindicione III.° idus iunii, a. XX.°III.° regnante Leuthario, rege.

✠ Borrellus, gratia Dei comes et marchio, qui hanc vindicione feci et eam firmare rogavi; S+m Ledgardis, comitissa, que consciens sum in ista vindicione per omnem meamque voce; Ss. Ansulfo, ss.; Ss. Vuitardus, vicescomes; Salla, ss.; Sepmeradus Suniarius, ss.; S+m Suniarius; S+m Seniuldus; S+m Ramio; S+m Bellido; S+m Odola<la>rdus; ✠ Auricius; S+m Iulianus; S+m Arnaldus; S+m Sesemundus.

✠ Guillarane, presbiter, scripsit et ss. die et anno quod supra.

127. 978, febrero 26.

Freder y otros tres albaceas de Ramio dan a San Cugat una casa y la mitad de un corral que el difunto poseía en el castillo de Olérdola.

REGESTA: Mas, *Taula*, 596; *Notes*, IV, 78 (n.° CXIII). — Aesbicher, *Études*, 50. A. C. A., Cart. f. 128, n.° 422.

In nomine Domini. Ego Fredarius, presbiter, et Sendovado,et Ghilara et Gisclavara. Certum quidem et manifestum est enim quia precepit nobis qd. Ramio, quando iacebat in ipsa egritudine unde mortus fuit, ut cartam fecissemus ad domum s. Cucufati martir de sua cassa cum ipsa medietate de ipsa curte usque ad ipsas Cruces cum nos in nostro iudicio obligatum eam tenemus, sicuti et facimus; que est ipsa kasa cum ipsa curte in comitatum Barch., intus in castrum Olerdula. Quod adfrontant ipsa kasa cum ipsa curte: de orientem in via in kassa a Sendovado, et de meridie in ipsas Cruces, et de occiduo et de circi in via. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic facimus nos istam cartam quem nos in nostro iudicio obligatum tenemus, ab integrum, cum exio et regressio earum. Et qui contra hanc cartam venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set in primis iram Dei incurat et cum Iuda, qui Dominum tradidit, partem accipiat et in memori{a}lem aput Deum neque in isto seculo neque in futuro non fiat, in ea videlicet racione, ut Quillara in omnibus diebus vite sue teneat et perserviat, et ille et filiis suis et perserviant per singulos annos solidata I de zera ad domum s. Cucufati, et licentia non habeatis nec vindere, nec donare, nec inalienare, nisi ad successores domum s. Cucufati.

Facta carta donacione IIII.° kal. marchias, a. XX.°IIII.° regnante Leutario, rege.

S+m Fredarius, presbiter; S+m Sendovado; S+m Willara; S+m Gisclavara, ss.; S+m Cheriberto; S+m Radulfo; S+m Bralila.

S+m Placianus, presbiter, qui hanc donacione scripsit ss. die et anno quod supra.

128. 978, abril 30.

Terciol entrega al Monasterio la tasca de un alodio que posee en el lugar llamado Odral.

REGESTA: Mas, *Taula*, 415; *Notes*, IV, 78-9 y 85-6 (núms. CXV y CXXIV). — Aesbicher, *Études*, 50 y 123.

A. C. A., Cart., f. 74, n.° 292. (Según una copia hecha el 9 de noviembre de 979.)

In nomine Domini. Ego, Terciol, donator. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullus quoqueagentis imperio nec suadentis ingenio, set propria expontanea mea mihi hoc elegit {cum} Deo bona voluntas, ut ad domum s. Cucuphati carta donacionem fecissem de ipsa tasca de alaudem meum franchum, qui mihi advenit per comparatione; et est ipsa terra in

comitatum Barch., in territorio de Porciano, in locum que vocant Odral. Et affrontat ipsa terra: de orientis in ipsa via, et a meridie in terra de Baio, et de occiduo in ipsa arena, et de circi in terra de Muradella, femina. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono a predicto s. Cucuphati de ipsa terra francha ipsa tascha, in tale ratione: quod ego, donator, aut filiis meis teneamus ipsa terra et dare faciamus ipsa tascha ad domum s. Cucuphati, et post obitum de filiis meis abeat s. Cucuphati ipsa terra ab integre, sicut ceteris alaudibus et munificentiis, cum exiis vel regressiis earum; et est manifestum. Et de meo iuro in potestatem de s. Cucuphati hec omnia trado sicut superius resonat. Quod si ego, donator, aut ullusque homo, qui contra hanc istam donationem venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat, aut componam a predicto s. Cucufati iam dicta omnia in quadruplo, et in antea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta carta donatione II.° kal. madi, a. XX.°IIII.° regnantis Leutario, rege.

S+m Terciol, qui ista donationem feci et firmare rogavi; S+m Bradila, que vocant Kalvello; S+m Wistrimiro. Finiunt alienarum manus scriptura.

Incipiunt novi testes; S+m Placido, qui ipsa carta priora in mea manu tenui; S+m Argemirus, similiter; S+m Gotmar, similiter; Ss. Vivanus, ss., qui ipsa priora tenui et legi; Ss. Adaulfus, ipsa priora vidi et tenui et legi; Ss. Vuidisclus, presbiter, fideliter scripsi; Ss. Ovasius, presbiter; Ss. Inula, presbiter; Ss. Orucio.

Ss. Baio, scripsi et ss. die et anno quod supra.

129. 978, agosto 30.

Suñer da a Santa María de Castelldefels una propiedad con tierras y viñas que poseía en Arampruñá.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 79 (n.° CXVI).

A. C. A., Cart., f. 276 *v*, n.° 855.

In nomine Domini. Ego Suniarius, donator sum ad domum s. Maria in Kastrum Felix, qui est advocatus monasterii. Dono namque ad predicto domo, vel ad eius servientes, ipsas meas hereditates in terras vel in vineas quod abeo in comitatu Barch., in terminio de Kastrum Rodanas, que dicunt Eraproniano; advenit mihi per mea comparacione. Affrontat ipsa mea hereditate de ipsa vinea: de parte orientis in terra de Guldregudo vel eredes suos, de meridie in vinea de s. Maria, de occiduo in vinea de Mocone, de circi in vinea de ipsos meos heredes. Et ipsa terra in uno loco affrontat: de orientis in terra de ipsos meos heredes, de meridie in terra de ipsos meos heredes vel in terra de Frudino, de occiduo in terra erma, de circi in terra erma de ipsos meos heredes. Et in alio loco in una vexa de ipsas duas partes, affrontat: de orientis in terra de ipsos meos heredes, de meridie in terra de Recosinda vel eredes suos, de occiduo in ipsa garriga de s. Maria vel in terra de Argeleva, femina, de circi in ipsa terra de iam dicta Argeleva. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono ad predicto domo ipsa hec omnia, ab integrum,

cum exios vel regressios earum, propter remedium anime mee. Quod si ego donator, aut ullusque homo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, aut ego venero, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam ad predicto domo vel ad eius servientes ipsa hec omnia in duplo, cum omnem illorum inmelioraciones, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacio III.° kal. sept., a. XX.°IIII.° regnante Leutarius, rex.

S+m Suniarius, qui ista donacione feci et firmare rogavi; S+m Sisovallus; S+m Baldomarus; S+m Seniofredus, ss.

Ss. Wadamirus, presbiter, qui ista donacione scripsi et ☧ die et anno quod supra.

130.

978, octubre 4.

Seniofredo y Ermegodo otorgan al Monasterio diversas tierras, casas, etc., situadas junto a las murallas de Olérdola.

Véase el n.° 134.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 110, 144, 240, 681 y 694. — MAS, *Taula*, 555; *Notes*, IV, 79-80 (n.° CXVII).

A. C. A., Cart., f. 118, n.° 392.

In nomine Sancte et Individua Trinitate. Ego Seniofredus, levita, et Ermegodo, femina. Bonum nobis videtur domus Dei edificare et de rebus nostris onorare atque concedere; audivimus predichaciones sanctorum Patrum dicendo, quia elemosina a morte liberat anima. Cognoscimus peccata compuncta et nimis in nos adgravata, et oramus, divina pietas, ut propicius sit nobis Deus in omnibus peccatis nostris, amen. Et propter hoc concedimus sive tradimus a Domino Deo celeste sive a domum s. Cucufati martiri cenobio, ipsa nostra turre et ipsos nostros domos que ibidem sunt *et ipsas curtes et aliis chasibus et chasilibus qui ibidem sunt* et ipsum nostrum alaudem qui ibidem est, tam chultum, quam eremum, et ipsas nostras vineas qui ibidem sunt, et ipso nostro molino, et ipsos nostros mulnares cum illorum glevares et capud reguibus, cum aquis aquarum, ductibus vel reductibus, *euntibus vel redeuntibus* ascendentibus, sive descendentibus, et ipsis nostris ortis cum illorum pomiferis, sive nostris ortalibus, simul cum ipsis arboribus et ipsis nostris pratis sive paschuis, et ipsis nostris pelagis propter pischacionem, et ipsa silva cum ipsis chonilibus, et ipsos aliastros qui ibidem sunt, et ipsas nostras vineas quod abemus vel adquirere potuerimus, in locum ubi vocitant ipsa Torta, et ipsos nostros domos ubi nos residemus, cum illorum cingulos, sive cum ipso quadalo, quod Deus ibidem fundavit, et ipsas cigas, qui sunt iusta ipsa sagoma, et ipsos nostros ferragenales cum illorum fichulneas, et ipsum nostrum puteum cum aqua, et ipsa chasa, et ipsa terra qui ibidem est, cum suis arboribus, et ipsum nostrum pomiferum, qui est in ipsa valle, et ipsa terra de ipsa chosta tam cultum quam eremum cum ipsas fichulneas qui ibidem sunt. Qui est ec omnia in chomitatum Barch., in terminio de civitate Olerdula, sive infra muros eius; et advenit michi,

ad me, Seniofredus, levita, ipsa turre et ipsum alaude qui ibidem est cum ipsus mulinos et ipsus mulnares, et ipsas vineas et aliut qui ibidem est, per comparacionem, et ipsas vineas de ipsa Torta adveniunt michi per mea ereditatem, et plus per comparacionem; et ipsas meas domos adveniunt michi per meam comparacionem, sive per ienitori meo vel ienitrice mea, vel per parentorum meorum sive per meum edificium, et ipsos ferraienales et ipsum puteum cum ipsa terra, et ipsum verdegarium et ipsa terra de ipsa chosta, adveniunt michi per parentorum meorum sive per mea comparacione, et ad me, Ermegodo, femina, advenit michi per chartam conventatam quod fecit michi consanguineus meus iste Suniefredus, diachonus. Qui affrontat ipsa turre cum ipsum alaudem, et ipsas vineas, et ipsos mulinos, et ipsa omnia quod ibidem est: de parte circi incoat de ipsas monetarias, et vadit iusta terra de Quiricho usquequo ad auram extremam de ipso rio, et de aquilonis incoat super ipsum guadum de s. Margarita, et includit ipsum rium et omnes pelaguos, qui ibidem sunt, et vadit iusta terra de Iohannes et iusta ipsa terra de Rum et iusta ipsa terra de Teudemirus, et iusta terra de Morlino, et iusta ipsa terra de Teudevino, et iusta terra de Flavia, et per radicem de ipsas ripas et de ipso castellar usque in pecia subtus ipsos nostros molinos, et de meridie inquoat subtus ipsos mulinos et vedit iusta terra de Lobeto, archidiachono, et iusta terra de Ranemir vel suos eres, et ascendit usquequo in ipsa calciata Francischa ad ipsas carrerolas, et de occiduo inquoat de ipso pujo de ipsas carrerolas, et vadit per ipsa calciata usquequo ad ipsas parietes antiquas que dicunt Monedarias, sive in ipso rio. Et ipsas vineas de ipsa Torta affrontant: de parte circi in vineas de sancta Cruce sive de sancta Digna, et de aquilonis in ipso medio torrente, et de meridie descendit per ipso torrente, et affrontat in vinea de Ermegodo, sive de Isimbardo vel eres suos, et de occiduo in via qui pergit a s. Digna. Et ipsos domos affrontant: de parte circi in domos s. Michele, et de aquilonis in via vel in ipsa cisterna, de meridie in casas de Pulcra vel filios suos, et de occiduo in ipsas Pinnas subtiranas de civitate Olerdula. Et ipsos ferragenales subtus ipsos domos cum ipsas ficulneas affrontant: de parte circi, in terra de Guilmundo, et de aquilonis in ipsa rocha, ubi ipsos domos sunt fundati, vel in ipsa rocha subtus mansione de Eroigio, et de meridie in ortale de Eriogio sive de s. Petri, et de occiduo in via vel in chasas de Trasemiro. Et ipsum puteum et ipsa chasa et ipsa terra qui ibidem est affrontant: de parte circi in via vel in terra de Archenelde, et de aquilonis in ortale de Archenelde sive de Flavio, et de meridie in in via vel in chasas de Archenelde, sive in chasas de Oldrigo, et de occiduo in terra de Eldrigo vel in ipsa via ad ipsa valle. Et ipso verdegario affrontat: de parte circi in via, de aquilonis in terra de Bellucia, et de meridie in via, et de occiduo in verdegario de Felice. Et ipsa terra culta et erema, ad ipsa chosta, cum ipsas fichulneas affrontat: de parte circi *in terra* de Maria, et de aquilonis in ipsa valle, subtus Olerdula, et de meridie in terra de Radulfo vel de Geriberto, et de occiduo in ipsa rocha. Quantum infra omnes istas affrontaciones includunt, sic tradimus a Domino Deo celeste seu ad supradictam domum s. Cucufati martir, qui est situs in chomitatu Barch., in locum vocitatum Octaviano. Et omnia quod superius resonat, ab omnem integritatem, cum exios et regressios earum a proprio, in tale videlicet ratione vel ordine, ut ego, Suniefredus, levita, in diebus vite mee, tenere, et possidere faciam oc quod supra

est exaratum; et post obitum meum remaneat a Domino Deo sive ad supram dictam domum, ipsa medietate. Et si ista mea consanguinea Ermegodo me supervixerit, in diebus vite sue, tenere et possidere eam faciat ipsa alia medietate, si iuste vixerit, et virum non aprehenderit, sive in presente, sive in occulto, et si virum aprehenderit, sive in presente sive in occulto, et illi probatum fuerit, potestatem abeant ipsi servi de s. Cucuphati, aprehendere ipsam omnem suam medietatem unde ego illi cartam conventatam feci, et mittere in servicio de Domino Deo sive de eiusdem martire, et postea, post obitos nostros, remaneat a Domino Deo celeste sive ad electum eius supra nominatum s. Cucufatem almum martirem cenobitarum, seu ad servientes earum, usandi exrutandi secundum regulam beati Benedicti plenam abeant potestatem, cum exios et regressios earum, a proprio, et non cessent die noctuque oris atque momentis exorare Deum pro animas nostras. Quod post obitum nostrum si unus ex parentibus nostris, aut ullusque omo, qui contra hac donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed iram Dei omnipotentis incurrat, et in suo sancto servicio de illis qui scripti sunt in libro vite, quod in isto seculo bene numquam abeat et in alio sit consolacio illius cum traditore Iude, qui sanguinem iusti tradidit. Et insuper, si unum, aut duo, vel tres dies vixerit, componat ista hec omnia centuplichata a Domino Deo celeste seu ad supradictam eis domum, sive ad servientes earum, cum illorum inmelioraciones. Et ista donacio firmis et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Facta donacione IIII.° non. oct., a. XX.°V.° regnante Leutarius, rex.

S+m Seniofredus, levita, ss.; S+m Ermegodo, qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Teudemirus; S+m Igigane; S+m Ella; S+m Donatus, ss.; Ss. Sidelane, presbiter, ss.; Ss. Endelecus; S+m Eroigius; Ego, Suniefredus, concedo a domum s. Cucufati martiri tonnas IIII et cubos II et tabula I et mapas II et toalia I et channadas II et schudellas XII et enapos II et banchos II.

S+m Sendredus, presbiter, qui hec scripsi cum literas superpositas in verso XXI et ss. die et anno quod supra.

131. 978, diciembre 5.

Juan, abad, permuta con Seniofredo un alodio, situado en Almafari, que el conde de Barcelona Mir dió al Monasterio, por otro situado en Vallmoll de Olérdola.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 81-82 (n.° CXVIII).
A. C. A., Cart., f. 260, n.° 799.

In nomine Domini Ego Ioannes, aba, simul frater meos monachos s. Cucuphati, comutatores sumus tibi Suniefredus, monacheo. Manifestum est enim quia sic placuit animis nostris, ut inter nos comutacione fecissemus de alaude de domo s. Cucuphato, sicuti et facimus. Donamus namque tibi in tua comutacione terra de domum s. Cucuphati, unde ibidem cartam fecit domni Mironi comti qd.; et est ipsa terra in comitatum Barch., in terminio de Erapruniano,

in locum que dicunt Almafari. Et afrontat ipsa terra: de oriente in terra de domno Galindo et de Elsia vel filiis suis, de meridie in ipso prato, de occiduo in terra de Ioanne et de Trasegoncia, de cerci in terra de dono Galindo vel de Ioanne. Quantum istas affrontaciones includunt, sic donamus tibi ipsa terra de domum s. Cucuphati in tua comutacione, ab integre, cum exios vel regressios suos, propter tua terra quod est in terminium de Olerdola, in Valle Molle, quod tu nobis dectisti et nos manibus nostris recepimus; est manifestum. Quem evro predicta terra, que tibi donamus, de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestatem, ad facere exinde omnia quod volueris. Quod si nos donatores, a[u]d ullusque homo, que contra ista comutacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus ipsa terra ad predictam domum, vel ad eius servientes, in duplo, cum omnem suam inmelioracionem, et ista comutacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista comutacione, et non. dec., a. XX.°V.° regnante Leutarius, rex.

✠ Iohannes, nutu Dei abba, qui hanc comutacione feci et testes firmare rogavi et S+m Galindus, presbiter et monacus; ✠ Odone, levita et monachus; Ss. Endalecius, presbiter et monachus; S+m Ferriolus, presbiter et monachus; ✠ Argemundus, monachus et levita; ✠ Senderedus, presbiter et monachus; S+m Leopardus, levita et monacus; Ss. Audegarius, presbiter et monacus, ss.; Ss. Audegarius, levita et monacus; S+m Gelmirus, monacus, ss.

✠ Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss. die et anno quod supra.

132. 979, febrero 11.

Erminda, Argemundo, Amada y otros venden al abad Juan, por seis sueldos, una tierra, con una casa y un corral, situada en Vallirana.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 82 (n.° CXIX).
A. C. A., Cart., f. 220, n.° 679.

In nomine Domini. Ego Ermilde, femina, et Argemundus et Amada, femina, et Mirabilia et Ermegildus, vinditores sumus tibi Ioannes, abba, simul cum frates suos monachos emptores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus vobis terra et casa et curte et orto simul cum ipsos arbores, quod abemus in comitatum Barch., in termine de castrum Cervilione, in Vallirana, in alode de domum s. Cucufati; advenit nobis per ienitores nostros. Afrontat ipsa terra cum ipsa casa et curte et orto: de circi in ipsa rocha, de orientis in ipso prado de domum s. Cucuphati, de meridie in ipsa via, de occiduo in ipsa strada que pergit ad ipsa Marcha. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic vindimus vobis ipsa terra cum ipsos arbores et ipsa casa et curte, cum solo et superposito, et parietes, et ipsas foveas, et ipso orto cum ipsos arbores et omnia eius edificia, ab integre, in propter precium solidos VI, et nichil de ipso precio aput vos emptores non remansit. Est manifestum. Quem vero predicta omnia, que vobis vindimus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem, ab omni integritatem, ut quiquit exinde facere vel iudicare volueritis liberam, in Dei nomine, abeatis plenam potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Et qui contra ista vindicione venerit pro

inrumpendum, aut nos venerimus, noc hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus vobis ista superscripta terra cum sua pertinencia in duplo cum omni sua inmelioracione, et ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione III.° id. feb., a. XX.°V.° regnant Leutario, rege.

S+m Ermilde, femina; S+m Argemundus; S+m Amacla, femina; S+m Mirabilia, femina; S+m Ermegildus, nos qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Suniarius; S+m Silvester, monachus; S+m Sperandeo; S+m Wadamirus, presbiter, scripsit et ss. et die et anno quod supra.

133. 979, agosto 27.

Gotmar y Trasegoncia venden, por quince sueldos, al abad Juan una casa con unas tierras y viñedos, sitos en Vallirana.

REGESTA: MAS, *Notes*, 82-3 (n.° CXX). — AESBICHER, *Études*, 139.

A. C. A., Cart., f. 220, n.° 680.

In nomine Domini. Ego Gotmar et uxor sua Trasegoncia, vinditores sumus vobis Ioannes, abba, simul cum fratribus suis monachis servientes s. Cucuphati, emptores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus vobis vinea et terra, cultum vel eremum, quod abemus in comitatum Barch., in terminio de castrum Cervilione, in Vallirana. Advenit nobis per nostra comparacione. Afrontat: de circi in ipso rio, de orientis in terra de nos emptores, de meridie in ipso boscho eremo, de occiduo in ipso torrente. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic vindimus vobis ipsa vinea et terra, cultum et eremum, cum ipsis arboribus et ipsa casa cum suo solo et superposito, et cum ipsas foveas, que ibidem sunt, ab integre, in propter precium solidos XV. Et nichil de ipso precio aput vos emptores non remansit; est manifestum. Quem vero predicta ipsa vinea et terra et ipsa casa, que vobis vindimus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem, ab omni integritatem, ut quiquid exinde facere vel iudicare volueritis liberam, in Dei nomine, abeatis plenam potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Et qui contra ista vindicione venerit pro inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus vobis ista suprascripta in duplo cum omni sua inmelioracione, et ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione VI.° kal. sep., a. XX.°V.° regnant Leutario, rege.

S+m Gotmar; S+m Trasegoncia, nos qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Suniarius; S+m Eldeumus; Ss. Sendredus, presbiter, ss.

☧ Vuadamirus, presbiter, scripsit et ss. die et anno quod supra.

134. 979, octubre 6.

Suniefredo, levita, hace donación a Ermegodo de una torre, casas y otras propiedades que poseía en el término de Olérdola.

Véase el n.º 130.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 80 y 683. — Mas, *Taula*, 556; *Notes*, IV, 84-5 (n.º CXXII).

A. C. A., Cart., f. 119 *v*, n.º 396.

In nomine Domini. Ego Suniefredo, levita, donator sum tibi, Ermegodo, femina. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullus quoqueagentis imperio, nec suadentis ingenio, set propria expontanea mea hoc elegit mihi cum Deo bona volumptas, ut tibi, iam dicta Ermegodo, femina, donacione fecissem, siccuti et facio. Dono namque tibi in comitatum Barch., in terminio de civitatem Olerdola, ipsa mea turre et ipsos domos, qui ibidem sunt, et ipsum meum alaudem, qui ibidem est, tam cultum quam eremum, et ipsas meas vineas qui ibidem sunt, et ipsas curtes et chasis et chasalibus qui ibidem sunt, et ipsum meum alaudem qui ibidem est, tam cultum quam eremum, et ipsas meas vineas qui ibidem sunt, et ipsum meum molino, et ipsos meos mulinares, cum illorum glevares et capudreguibus, cum aquis, aquarum ductibus vel reductibus, euntibus et redeuntibus, ascendentibus sive descendentibus, et ipsis meis hortis cum illorum pomiferis, sive meis ortalibus, sive cum ipsis arboribus, et ipsis meis pratis, sive pascuis, et ipsos meos pelagos, propter piscationem. Et ipsas ilices, et ipsos glandiferis et ipsos eliastros, et ipsas meas vineas quod abeo vel adquirere potuero in locum ubi vocitant ipsa Torta, et ipsos meos domos, ubi ego ressideo, cum illorum cingulos, sive cum ipso quadalo, quod Deus ibidem fundavit; et advenit mihi ipsa turre et ipsum alaude, que ibidem est, cum ipso mulino et ipsos mulinares et ipsas vineas et aliut quod ibidem est, per mea comparacione; et ipsas vineas de ipsa Torta adveniunt mihi, aliquit per meam ereditatem, et plus per comparacione; et ipsos meos domos adveniunt mihi per meam comparacionem, sive per ienitori meo vel ienitrice mea, vel parentorum meorum sive per meum edificium. Que afrontat ipsa turre cum ipsum alaudium et ipsas vineas et ipsum molino et omnia quod ibidem est: de parte circi incoat super ipsum guadellum de s. Margarita et vadit per ipsa terra de Quirigo, et pergit per ipsa terra de Sonegilde, et retornat ad ipso mollone rotundum, et deinde vadit per directum usquequo in ipsa calciata Francischa, iusta ipsas parietes antiquas, et de aquilonis incoat super ipsum guadum de s. Margarita, et includit ipsum rium et omnes pelagos, qui ibidem sunt, et vadit iusta ipsa terra de Todemir, et iusta ipsa terra de Ermofred, et iusta ipsa terra de Retrude, femina, et per radicem de ipsas ripas et de ipso castellar, usquequo pecia suptus molino, et de meridie incoat subtus ipso mulino, et vadit usquequo in ipsa chalciata, ad ipsas charrerolas, et de occiduo inchoat de ipsas charrerolas et vadit per ipsa chalciata usquequo ad ipsas parietes antiquas. Et ipsas vineas afrontat: de parte circi in vinea de filios de Bellucio, et de aquilonis in ipso medio torrente, et de meridie in vinea de Oldesindo, monacho, sive in vinea de Isimbardo vel eres suos, et de occiduo in via que pergit a s. Digna; et ipsos domos affrontat: de parte circi in domos de s. Michaelis, et de aquilonis in via vel in ipsa cisterna, de meridie in chasas

de Pulcra vel filios suos, et de occiduo in ipsas Pinnas subtiranas de civitate Olerdula. Quantum infra istas afrontaciones includunt, in omnia et in omnibus, de hoc quod superius resonat, sic dono tibi ipsa medietate, cum exiis et regressiis earum, a proprio; in tale videlicet ratione vel ordine, ut in diebus vite mee tenere et possidere faciam, et si mihi supervixeris, remaneat ad te in diebus vite tue tenere et possidere facias sine blandimentum de ullumque hominem, in tale videlicet racione, ut in diebus vite tue virum non oprehendas, neque in occulto, neque in prehense; et post obitum tuum remaneat pro anima mea et pro anima tua, ad domum s. Cucuphati martiri, qui est situs in locum vocitatum Octaviano; et si virum aprehenderis, tam in oculto, quam in presente, et tibi probatum fuerint potestatem abeant ipsi servi de s. Cucufati apprehendere ipsum avere et mittere in servicio de eiusdem martiris cum alia medietate, quod ego abeam ibi cartam prenstatam; quod post obitum meum si hoc feceris, quod virum contemnas, et unus exurgens de parentibus meis, aut ullusque homo, qui contra hac donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat ista hec omnia in quadruplum a te vel a supradicta eius domum cum illorum inmelioraciones. Et ista donacio firmis et stabilis permaneat, modo vel omnique tempore.

Facta ista donacionis II.ª die nonas octubris, anno XX.°VI.° regnante Leutario, rex.

S+m Suniefredus, levita, ss., qui hanc donacionem fecit et firmare rogavit; Ss. Placiaries, presbiter; Ss. Galindus, presbiter, ss.; S+m Endolechus; S+m Igiga; S+m Ella; S+m Donatus; S+m Vnaltarip, presbiter.

S+m Sendredus, presbiter, qui hanc donacione scripsi die et anno quo supra ss.

135. 979, octubre 7.

Deilane permuta con el abad Juan una tierra con sus casas y anejos y una viña del término de Gallechs, recibiendo del Monasterio un alodio situado en Palou y en Guardiola.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 85 (n.° CXXIII).

A. C. A., Cart., f. 377, n.° 1089.

In nomine Domini. Ego Deilane, comutator sum vobis Iohannes, nutu Dei abba, vel fratribus vestris Deo servientibus in monasterio s. Cucuphati. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nostra propria bona voluntate, ut inter nos comutatione fecissemus, sicuti et facimus. Dono namque vobis in vestra comutatione terra cum casas, et curtes, et solos et superpositos et ortos, cum arboribus et pomiferis, simul cum ipsa aqua et caput aquis, cum rego et caput rego, meum proprium, quod habeo in comitato Barch., in Vallense, infra terminio de Gallegos; advenit mihi per voce genitori meo sive per mea comparacione. Et affrontat hec omnia: de parte orientis in terra de Guadamiro, presbitero, de meridie in terra de Flavio, vel in terra de Ermesinda, Deo dicata, et de filias suas, et subiungit se in terra de predicto Flavio, de occiduo in ipso riunculo que inde discurrit, de circi item in terra prenomi-

nato presbitero Wadamiro. Et iterum dono in prefato terminio vinea mea propria, qui afrontat de omnesque partes in vinea de Transoario. Quantum infra istas afrontaciones includunt, omnia hoc vobis dono in vestra comutacione, sicut superius insertum est, ab integre, pro ipso alaude de s. Cucuphati, que vos michi dedistis in villa Palaciolo vel in ipsa Guardiola, sicut in mea resonat scriptura comutacionis que vos mihi fecistis vel firmastis hista terra, et casas et curtes, et ortos, et arboribus pomiferis, aqua, caputaquis, rego, subtusrego, superrego, caputrego, superpositos, parietes, ostios, ianuas, clausuras simul, et ipsa vinea; hec omnia vobis dono sicut superius resonat vobis peremniter habendi, vindendi, donandi, comutandi, faciendi quod volueritis libera, in Dei nomine, habeatis plenam potestatem, cum exios et regressios earum, a proprio, vos vel successoribus vestris Deo et s. Cucufati martir servientibus. Et qui ista comutacione inrumpere temptaverit, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam vobis iam dicta omnia in duplo cum omni sua inmelioracione et anc comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione die non. oct., a. XX.°VI.° regnante Leotario, rege.

Ss. Deilane, qui ista comutacione fecit et firmare rogavit; S+m Daniele; S+m Leopardo; S+m Mascharone; S+m Eldeguiso; Ss. PATRICIUS, levite, qui istum signum impresit de istos homines iam supradictos, ss.

☧ Leo, presbiter, qui hec comutacione scripsi et ss. sub die et an quod supra.

136. 981, septiembre 5.

Testamento sacramental de Galindo.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 88 (n.° CXXIX).

A: Orig. Arch. de Montserrat.

C: A. C. A., Cart., f. 269, n.° 832.

Condiciones sacramentorum ad quas, ex ordinaciones sacerdote Vuadamirus et iudice Proficius, sacer, et in presencia Eldesindo, Ramio, Durandus, Sanlla, Dacco, Suniefredus, Marcucio, Abone, Guilafredus, Tassius, levita, et aliorum multorum bonorum hominum, qui ibidem aderant. Testificant testes prolati, quas proferant Ermengarda, femina, et Bardina, et Eizio, Suniefredus, monachus, Auriolus et Senderedus, presbiteros, necne et Delane in faciem de supradicto sacerdote vel iudice, ad conprobandam causam elemosinaria de qd. Galindoni. Et hec sunt nomina testium qui hoc testificant, sicuti et iurant, id est, Odone, Durandus et Els. Iurati autem dicimus, in primis per Deum Patrem omnipotentem et per Iesum Christum, Filium eius, Sanctumque Spiritum, qui est in Trinitate unus et verus Deus, et per hac locum veneracionis s. Michaelis Archangeli, cuius baselica sita est in pago Barch., in kastrum Eraproniano, supra cuius sacro sancto altario has condicionis manibus nostris continemus, vel iurando contagimus, quia nos suprascripti testes scimus, et bene nobis cognitum est, et de presente eramus et occulos nostros vidimus, et aures nostras audivimus ad ea ora quando precepit qd. Galindoni in suum testamentum adhuc loquella plena et memoria integra. Et tunc nos, videntes et

audientes, sic conmendavit et iniuncxit omnem suam elemosinam ad istos suos elemosinarios iam dictos, ut helemosinam dedissent, et precepit eis, nos videntes et audientes, ut si in ipso itinere, aut in alio loco, mors debita illi advenisset, et antequam alium testamentum vel memorialem ficisset, potestatem abuissent sui elemosinarii ita distribuere de omnia quicquid visus erat abere, sicut in suum testamentum invenissent testatum. In primis concessit ad domum s. Marie, situm in Kastrum de Felix, suum alaudem, quod abebat in locum que dicunt Saltellos, casas, curtes, terras, et vineas, ortos, molinos, quantum ibidem abebat, tam de comparacio, quam de quacumque voce: et iterum ibidem concessit casas, et curte, et terras, et vineas, et orto quod emit de Suniario et uxor sua, in locum que dicunt Corneliano, et ipsas terras quod emit de Seriberto et filios suos in planum de Lubricato, et pareliada 1 de terra qui est in terminum de Erapruniano, in locum que dicunt ad ipsos Beccarones, quod emit de Laudesindo et de Adala vel illorum heredes; et ipsa terra quod emit de Nitrando ad domum s. Michaelis concessit, situm in ipsius loco; et ipsa terra, quod emit de Argemir vel de Gimara, concessit ad domum s. Petri, situm in ipsius loco; et ad domum s. Pauli, in ipsius loco situm, concessit sua terra quod emit de Laudesindo; et terra, quod emit de Ennego, concessit ad domum s. Iohannis ibidem situm; et ipsa medietate de suas equas et suas vaccas. Hec omnia iam dicta concessit ad predictum domum s. Marie vel ad alios domos ibidem edificatos, ad monasterium ibidem hedificandum; et ad domum s. Cucufati martiris concessit alaudem quod fuit de Segulfo, iuxta turrem Danielis, similiter et alium iuxta ipsum usque in ipsa via; et ad domum s. Eulalie sede Barchinona concessit terra quod emit de Teuderico vel suos heres. Et ad domum s. Petri sedis Vico ipsum mansum quod abebat in Terradellas, et terras et vineas quod ad ipsum pertinent; et alium mansum quod abebat in ipso plano subtus Terradellas, quod emit, et terras et vineas quod ad ipsum pertinent; et de suum panem et vinum tam vetere quam novum adprehendere fecissent ipsam terciam partem et donare fecissent pro anima sua, ut ipse eis iusserat; emere fecissent exinde ad domum s. Michahelis in Erapruniano et s. Petri singulas checouas; et ad domum s. Stefani, in Kastrum Cervilione, checova 1; et ad domum s. Vincenti, situm in Garrosa, checova 1; et ad domum s. Clementis checova 1. Aliud quod remanet de ipsam terciam partem donare fecissent ad sacerdotibus per missas, et in elemosinas ad pauperibus; suos alaudes, quod emit de Iuvila, et ipsum quod fuit de Adila, et ipsum quod fuit de Galindo, que vocant Mocone, quod est ad ipsa Madrigera, et ipsum quod fuit de Gelmiro, hec concessit ad uxori sua Ermengarda, ut in diebus vite sue teneat et possideat, sine ullius blandimentum, et ad obitum suum donare fecisset pro anima de iam dicti Galindi viri sui, vel pro anima sua. Et de sua terra quod emit de Vidale iussit cartam facere ad Sunigelle filium Aizo. Ipsos suos alaudes, quod abebat in terminio de Olerdola, vel de Cegoniolas, in ipsius terminio, terras et vineas, cultum vel eremum, et tamen suam turrem et ipsum edificium, qui ibidem est, teneat uxor sua Ermengarda et filios suos, qui eis fuerint procreati si in sua viduitate sinceriter permanserit, et post obitum suum remaneat ad filio suo Miro, que vocant Lobeto, si subperstus fuerit; et si antea mors debita illi Deus dederit, remaneat ad filiis eius qui de illis fuerint procreati. Alios suos alaudes, quod abebat in comitatu Barch., id est, in Kastrum Cervilione, et suum alaudem, que vo-

cant Pauliniano, sive et in comitatu Ausona vocabiles locos, id est, Castaniola, et Schiros, et in Terradellas; et suum alaudem, quod abebat in Villare de Adraldo, et alium alaude de Pugo Foradado et suum alaudem quod abebat in villa Gerile, vel in ipsa Spina; et in comitatum Minorisa, suum alaudem quod abebat in villa de Ordeos, et suum alaude, quod est iuxta domum s. Felicis, quod emit de Goltredo et de Rocero; et alium alaude quod abebat in locum que dicunt Montefredo, et iterum alaude quod abebat in locum que dicunt Segalarios, sive in locum que dicunt Pusticos, sive et in locum que dicunt Clariana, et ipsum alaude que abebat in Panicarios, sive et alios suos alaudes quod abebat in predictos comitatos, in omnesque locos, qui illi advenerunt de genitori suo, vel de genitrice sua, vel per sua conparacione, sive et per quacumque voce, omnia concessit ad uxori suaeque et elemosinaria Ermengarda iam dicta, ut si in sua viduitate sinceriter permanserit, teneat et possideat apud filios suos quod de ipsis fuerint procreati. Et si in sua viduitate non permanserit, aut alium virum adprehenderit, remaneant isti alaudes ad filiis eorum, qui de illis sunt geniti. Et ipsum alaudem, quod abebat in Villa Nova, ita iussit facere sicut de aliis. Suo cavallo baio ad uxor sua concessit. Et inter suum cavallum et suum alsbergum et alium suum abere reddere iussit ad Bono Filio mancusos L coctos, et V cacminos, et iussit reddere alios suos debitos. Suum alaude, quod abebat in Begas, ad domum s. Christofori concessit. Et postquam hec omnia ordinavit, sic reddit ad Bonofilio iam dicto debito, et mutavit voluntatem suam de predictis alaudis vel promissionibus, in partibus rebus, et fuit spacium vite eius annis IIII minus dies XX. Et sic obiit de hoc seculo in mense augusto, qui iam preteritus est. Et nos Ermengarda, Bardina et Aizo Suniefredus monachus, Auriolus et Senderedus presbiteros, necnon et Delane, qui sumus elemosinariis, sic iuramus in omnia et in omnibus, quia quantum isti testes testificaverunt in isto iudicio verum est, et nulla fraus nec malo ingenio hic inpressa non est, sed secundum voluntatem ipsius conditoris est factus vel editus, et ea que scimus, recte et veraciter testificamus, atque iuramus per super hancnixum iuramentum in Dominio. Late condiciones non. sept., a. XX.°VII.° regnante Leutario, rege.

S+m Ermengarda; Bardina, S+m; S+m Aizo; ✠ Auriolus, presbiter; Ss. Senderedus, presbiter, ss., nos elemosinarii sumus, et hoc sacramentum iuramus; S+m Odone; S+m Durandus; S+m Els, nos testes sumus et hoc sacramentum fideliter iuramus; S+m Eldesindus; S+m Ramio; S+m Durandus; S+m Sanla; S+m Dacco; S+m Marcucio; S+m Alune; ✠ Tassius, levita, ss., isti auditores fuerunt; Ss. Suniefredus, ss.; S+m Proficius, sacer; Ss. Suniefredus, presbiter et monacus.

✠ WADAMIRUS, presbiter et sacer, de has condiciones hec scripsi ss. die et anno quod supra.

137. 980, septiembre 22.

Ermengarda y otros cinco testamentarios de Galindo dan a Santa María de Castelldefels y a diversas iglesias, alodios, casas y tierras para edificar un Monasterio.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 83-4 (n.° CXXI).

A. C. A., Cart., f. *274 v*, n.° 847.

In nomine Domini. Ego Ermengarda, femina, et Bardina et Aizo et Suniefredus, monachus, et Auriolus et Senderedus, presbiteros, et Delant, nos qui sumus elemosinarii de qd. Galindoni, donatores sumus ad domum s. Marie advocatus monasterii, qui est situm in kastrum de Felix. Manifestum est enim quia precepit nobis qd. Galindoni, quando ad extrema voluntatem venerit, unde iudicium obligatum tenemus infra metus temporum a sserie condicionis factus, ut carta donacionis fecissemus ad iam dicto domo de suo alaude quod ille abebat in locum que dicunt Saltellos, ipsas casas, curtes, terras et vineas, ortos et molinos, quantum ibidem abebat, tam de comparacione quam per quacumque voce. Et iterum nos ibidem donamus ipsas casas, et curtes, et terras, et vineas, et orto quod ille emit de Suniario et uxor sua, qui est in locum que dicunt Corneliano; et iterum ibidem donamus ipsas terras, quod ille emit de Seriberto et filios suos in planum de Lubricato. Et iterum ibidem donamus pareliada una de terra, qui est in terminum de Erapruniano, in locum que dicunt ad ipsos Becarones, quod ille emit de Laudesindo vel de Adala vel de illorum eredes. Et iterum ibidem donamus ad domum s. Michaelis, qui est situm in ipsius loco, ipsa terra quod ille emit de Nitrando. Et iterum ibidem donamus ad domum s. Petri, situm in ipsius loco, ipsa terra quod ille emit de Argemir vel de Gimara. Et iterum donamus ibidem ad domum s. Pauli, situm in ipsius loco, ipsa terra quod ille emit de Laudesindo. Et iterum ibidem donamus ad domum s. Iohannis, situm in ipsius loco, ipsa terra quod ille emit de Ennego. Hec omnia iam dicta sic donamus ad predictos domos, ab integrum, cum illorum affrontaciones. Et iterum ibidem donamus ad predicto domo s. Marie terra quod emit de Savile, femina; et ipso orto cum ipsa casa, que ibidem est, et cum pomiferis, quod ibidem sunt, et ipso molino, cum suo capudrego, que ibidem est, que est in ipsa Sentice, quod ille emit de iam dicto Savilo, cum illorum affrontaciones, et cum exios vel regressios earum, a proprio, propter Deum et remedium anime de qd. Galindoni ad monasterium edificandum, et de nostro iure, in illorum tradimus dominio et potestatem, et ad servientes ipsius ecclesias, tam presentes quam et futuros, ut ab odierno die et tempore firma abeant potestatem ab omni integritatem, ad facere exinde omnia quod voluerint secundum regulam s. Benedicti. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, set componat, aut componamus ipsa omnia iam dicta ad predictos domos in duplo, cum omnes illorum inmelioraciones, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacio X.° kal. oct., a. XX.°VII.° regnante Leutario, rege.

S+m Ermengarda; ✠ Suniefredus, presbiter, et monacus; Ss. Senderedus, presbiter, ss.; S+m Gondemarus, archidiaconus; S+m ✠ Ato; S+m Goltredus; S+m Baldredus.

Ss. WADAMIRUS, presbiter, qui ista donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

138. 981, enero 8.

Amilio, Eldovino y Esteban venden al abad Juan una viña sita en Vallirana.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 86 (n.° CXXV). — AESBICHER, *Études*, 15 y 32.
A. C. A., Cart., f. 220 *v*, n.° 681.

In nomine Domini. Ego Amilio et Eldovino et Stefanus, vinditores sumus vobis Ioannes, abba, simul cum fratribus suis monachus de s. Cucuphati martir. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus vobis modiatas II de vineas quod abemus in comitatum Barch., in terminio de castrum Cervilione, in Vallirana. Advenit nobis per ienitores nostros. Affrontad ipsa vinea: de parte circi in vinea de Suniarius vel eres suos, de orientis in ipsa strada, de meridie similiter, de occiduo in vinea de Ambrucio. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic vindimus vobis ipsas modiatas II de vineam, ab integre, in propter precium solidos XXVI, et nichil de ipso precio aput vos emptores non remansit; est manifestum. Quem vero predicta ipsa vinea, que vobis vindimus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem, ab omni integritatem, et quicquid exinde facere vel iudicare volueritis liberam, in Dei nomine, abeatis plenam potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Et qui contra ista vindicione venerit pro inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus vobis ipsa vinea in duplo cum omni sua inmelioracione, et ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione VI.° id. ian., a. XX.°VII.° regnant Leutario, rege.

S+m Amilio; S+m Eldovino; S+m Stephanus, nos qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ieramias; S+m Suniarius; S+m Emboladus; S+m Adruarius; S+m Teudericus.

✠ Wadamirus, presbiter, scripsit et ss. et die et anno quod supra.

139. 981, febrero 1.

Testamento sacramental de Guitardo, jurado por los testamentarios en la iglesia de Santa Maria de "Buco", en el condado de Manresa.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 86-7 (n.° XXVI).
A. C. A., Cart., f. 358, n.° 1046.

Condicione sacramentorum atque ex ordinatione de iudices qui iussi sunt iudicare, causas dirimere, legibus difinire, id est: Isarnus, sacer, et laicorum Gotmare sive in presencia Iuliani, sacer, hac Stephani, presbiter, et Seniofredus, sacer, sive et laicorum Wifredus, Auritius, Ennego, Durandus, Sin-

tila, Sentarius, Gotmarus ac Argimirus, saione, et aliorum bonorum hominum qui ibidem aderant. Testificant testes prolati quas proferunt his nominibus Unifredus et Guifredus et Randulfus, levita, elemosinariis, in faciem de superscriptos sacerdotes et iudices ad comprobandam ipsam elemosinam de qd. Guitardi; et hec sunt nomina testium qui hoc testificant sicuti et iurant idem Guitardus, Pontius, Bernutius, iurati autem dicimus in primis per Deum patrem omnipotentem et per Iesumchristum filium eius Sanctumque Spiritum, qui est in Trinitate unus, et verus Deus, et per reliquias s. Marie, cuius honore baselica sita est in comitatu Minorisa, in locum que vocant Buco, supra cuius sacro sancto altario ubi has condiciones manibus nostris continemus et iurando contangimus. Quia nos suprascripti testes scimus et bene in veritate sapemus et occulis nostris vidimus et aures nostras audivimus et de presente eramus ad eam ora quando iacebat qd. predicti Guitardi in suo lecto in egritudine, quando venit ad extrema volumptate sua, loquella plena, et memoria integra, et tunc nos videntes et audentes sic mandavit vel comendavit sive et iussit per suum verbum vel per suum testamentum, ut si de ipsa egritudine mortuus fuisset, sicut et fuit, potestatem habuissent aprehendere vel distribuere isti sui iam dictis elemosinariis omnem suum avere movile sive et inmovile et facere exinde sicut ille eis iussit per iam dictum verbum vel testamentum. In primis iussit dare, propter Deum et remedium anime sue, ad domum s. Euladie Barchinona modiatas v de vineas, quod ille habebat in predicto comitatu, in locum vocitatum Fenestrellas, prope domum s. Andree, et ad domum s. Michaelis, qui est situs in predicta Barchinona alias modiatas v in predictis locis, et predicto s. Andreo in predictis locis modiatas II de vinea qui sunt in Romanedo, et ad domum s. Stephani in predicto comitatu, qui est situs in locum que dicunt Pareds, prope ipsa sua turre, iussit ibidem dare ipsum suum alaudem quod ille emerat de homine Arnulfo; et in hac ratio ut homine nomine Auriolus, presbiter, teneat et possideat diebus vite sue, sine ullo blandimento de ullusque homines simul cum alium alaudem qui fuerat de homo nomine Ihoanni teneat in honore s. ecclesia predicta diebus vite sue, simul cum ipsa isula quod ille abebat supra ipso Mundar similiter teneat diebus vite sue; post obitum vero suum remaneat ad predicta s. Dei Ecclesia. Et ipsa vinea quod ille emerat de homine nomine Eldrico iussit eis vindere et dare exinde ad predicto domum s. Stephani planeta I ec coopertorio I et ad domum s. Maria, in Barchinona, prope ipsa mare, iussit ibidem dare casa cum curte et terra et vinea qui fuerat de femina nomine Adalvira, quod ille habebat in villa Alduir. Et ad domum s. Cucufati cenobii iussit ibidem dare ipsum suum solitum cum curte et ferragenales, simul cum ipsa vinea quod ille emerat de homo nomine Didam, cum ipso plantario qui ibidem est. Et ad homo nomine Curando iussit ad eum dare ipsa terra simul cum ipso verdegario quod ille ad eum venundaverat et tenere diebus vite sue; post obitum suum iussit {re}manere ad predictum domum s. Cucuphati cenobii simul cum ipsa alia terra quod ille emerat de homo nomine Mochone cum ipso verdegario similiter ad predicta s. Dei ecclesia. Et a predicto domum s. Michaelis et domum s. Eulalie Barchinona iussit eis ibidem rendere ipsum illorum alaudem qui fuerat de femina nomine Gislla, quod illa ibidem donaverat per scriptura donationis pro anima sua. Et a predicto fratri suo elemosinario iusit ad cum dare ipsa sua turre, cum ipsas mansiones qui ibidem sunt et ferragenales et mulinos duos molentes,

cum illorum strumenta, simul cum ipso prato, et cum ipsas terras qui ibidem sunt, et cum ipsas alias terras in alio loco simul cum modiatas duodecim de vineas qui sunt prope ipsa via Molera; hec omnia iussit ad eum dare, in hac ratio, ut exinde dare fecissent a predictum domum s. Cucuphati cenobii ipso agrario, id est ipsa tasca diebus vite sue, et ille et posteritas sua, si fuerit de illo, et recipere exinde fecisset ipso abba simul cum ipsos monacis sancti moniales de predicta ecclesia. Istis presentis et futuris perquiscamus et a fratri suo nomine Ermemiro, et a sorore sua nomine Gidenilles iussit ad eos dare omnem suam hereditatem in locum Garrigos, id est, in casas, in curtis, in ortis, in terris, in vineis, in cultum vel incultum, in arboribus, exceptus ipso alaude qui fuit de Gilmir, id est, casas et curtes et ortos, terras et vineas, cultum et incultum, cum arboribus quod ille iussit tenere a predicto Gilmir vel posterita sua diebus vite illius et dare exinde fecissemus ad domum s. Marie Olostensis ipso agrario, id est, ipsa tasca, et a predicta sorore sua Gidinilles iussit ad eam dare ipsum suum alaude quod ille abebat in locum Barbarane, et dare exinde fecisset ipsa tasca ad domum s. Petri sede Vico diebus vite sue; post obitum vero suum iussit remanere ad predictum domum s. Petri. Et alium alaude quod ille habebat in locum Calles, vel in locum Romanedo, vel ad ipso Pratello, iussit ad eam habere sine ullum conventum, et ad domum s. Benedicti cenobii iussit ibidem dare omnem suam hereditatem de ipsum alaudem quod ille habebat in locum Callarios, et omnem suam hereditatem de suum alaudem quod ille habebat in comitatum Cerdania, vel in eius termines, iussit dare ad domum s. Michaelis cenobii in locum Coxanico, et a fidele suo nomine Mironi iussit ei dare ipsum suum alaude qui fuit de Amavile, et alium suum alaudem de Igiga iussit dare domum s. Stephani, et ipsum alium suum alaude qui fuit de Bonafilia iussit eum ad eam habere, et ipsum suum vinum quod ille habebat ad domum s. Andree iussit dare pro anima sua, et inter s. Petro cenobii Barchinona et predicta s. Eulalia iussit ibidem dare pesa I et a predicto domum Cucuphati iussit ibi dare pesa I, et ad domum s. Petri urbis Roma iussit ibidem dare pesas III de auro, et ad domum s. Michaelis monte Gargano iussit ibidem dare pesa I de auro, et ad domum s. Petri cenobii in locum Rodas iussit ibidem dare pesa I, et a predicto s. Petro sedis Vico pesa I, quod ei debebat homo nomine Brandevinus pro ipsas vineas quod ille illi inpignoravit pro ipsas iam supradictas pesas. Et si non eas persolsiset in manum de istos tutores, abuissent ipsas vineas predictas ecclesias, et a predicto Unifredo elemosinario et ad uxori sue parilios duos de boves, et a predicto fratri suo elemosinario iussit cum dare suo alsibergo, et predicto domum s. Cucufati iussit dare ipsum suum cavallum, cum suas armas. Et cum hec omnia ordinavit vel iussit qd. predicti Guitardi per suum verbum, vel in suum testamentum, quando venit ad extrema volumptate sua, loquella plena et memoria integra, cum ipsa volumptate de hac causa superius inserta, sic obii de hoc seculo in mense isto preterito ianuarii. Et nos iam dicti elemosinariis sic iuramus in Deum et propter Deum, quia quantum isti testes testificaverint in isto iudicio verum est, nec nulla fraus nec male ingenio hic inpressum non est, sed secundum volumptatem ipsius conditori est factus editus. Et nos testes recte veraciter testificamus atque iuramus per super enixum iuramento in Domino.

Late condicionis die kal. febr., a. XX.°VII.° regnante Leutario rege, Leudevici filio.

S+m Unifredus; S+m Guifredus; Randulfus, levita, ss., elemosinarii sumus et iuramentum iuravimus; S+m Guitardus; S+m Pontius; S+m Dernutius, testes sumus et iuramentum iuramus; S+m Guifredus; S+m Auritius; S+m Gotmarus; S+m Durandus; S+m Sentarius; S+m Amelius; S+m Argimirus, saio, auditores; ✠ Godmares, ss.

Ss. ISARNUS (?), sacerdos, qui hanc condiccione scripsi et ss. die et anno quod supra.

140. 981, febrero 15.

Los esposos Ermegelde y Saborela venden a Santa María de Castelldefels unas tierras sitas en Arampruñá, en el lugar llamado Becadors.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 87 (n.° CXXVII).

A. C. A., Cart., f. 275 *v*, n.° 851.

In nomine Domini. Ego Ermegelde et uxori mea Saborella, vinditores sumus ad domum s. Maria, in castrum Felix, vel ad eius servientes tam istos presentes quam successores illorum, emptores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus vobis terra nostra propria, qui nobis advenit, ad me Ermegelde, per mea comparacione, et ad me Saborella, similiter vel per meum decimum. Est ipsa terra in comitatu Barch., in terminio de Eraproniano, in locum que dicunt ad ipsos Becarones. Affrontat: de orientis in terra de Teudesindo vel heredibus suis, de meridie in terra de iam dicto domo s. Maria, vel in via, de occiduo in terra de iam dicto domo, de circi in terra de nos emptores. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic vindimus ipsa terra ad iam dicto domo vel ad eius servientes tam istos presentes, quam successores illorum, ad integrum, in propter precium solidos x, et michi exinde non remansit, est manifestum. Quem vero predicta ipsa terra que ibi vindimus, de nostro iure in illorum tradimus dominio et potestate, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo, qui contra ista vindicione venerit ad inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus ipsa terra ad iam dicto domo vel ad eius servientes in duplo, cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista vindicio X.°V.° kal. marc., a. XX.°VII.° regnante Leutario, rege.

S+m Ermegelde; S+m Saborella, qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Aurucio; Ss. Tassius, levita, S+m; S+m Vuilgnelmus.

Ss. WADIMIRUS, presbiter, qui ista vindicione scripsi et ss. die et anno quod supra.

¶ 141. 981, abril 22.

Mascaró y su esposa dan a San Cugat unas tierras (?) que poseían en Caldas.

A. C. A. Monac. perg. San Cugat n.° 52.

In [nomine Domini. Ego Mascarone et uxor mea] Preciosa donatores sumus a [Domino Deo et a s. Cucuphati].....||... [Manifestum est enim] quia placuit [animis nostris et placet u]t kartam fecissemus de a[liqua terra vel] alo || [dio quod habemus per nostra] compa[racione vel per ul]lasque vo[ces. Est autem terra] suprascripta in comitatu Barch || inonensi, [in Vallense, in termino de Calidis.] Et affronta[t terra suprascripta: de oriente in ..... || et ..... olada ... de [meridie in] ipso rio qui dis[currit ..... aqui]lar per rio Pradels, de o[cciduo in] || ..... [de circi] in terra [de me donat]ore Mascarone. [Quantum infra] istas afrontaciones incl[udunt, sic || donamus ipsa terra su]prascripta, [cultum vel he]remum a Domino Deo s. Cucufatis, ut teneamus nos [et poste || ritas nostra et per] unumquemque an[num don]emus a s. Cucuf[atis] tascha de pane et vino... || ..... Quem vero predicta [omnia] de nostro iure in tuo [tradi]mus dominio ad potestatem illorum || servientes. Quod si nos do[natores] aut ullusque homo [vel femina], qui contra hanc ista kar[ta do] || nat[ionis] venerit pro inru[mpen]dum, non hoc valeat [vin]dicare, sed componat, aut compo[namus] || mus [in du]plo cum omne su[am inme]lioratione, et [in an]tea ista karta donacionis habe || at suam firmitatem modo vel omnique tempore.

Facta karta x.° kal. madi, a. xx[vii].° (?) regnante Loter, filio Lodevici.

S+m Mascarone; S+m Preciosa, || nos qui [ista] karta donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Petro; S+m Mercurino; S+m Guitardo; || S+m Ioane. ||

S+m Auzfre [1], presbiter et monachus, qui hanc kartam donacionis scripsi ss. die et anno quo supra.

1. Podría leerse Gausfre, pero la primera letra es más bien el S+m.

142. 981, diciembre 13.

Nadesinda y sus hijos venden a Santa María de Castelldefels, por siete sueldos y medio, una viña que poseían en Arampruñá.

REGESTA: Mas, *Notes*, iv, 88-9 (n.° cxxx).

A. C. A., Cart., f. 278, n.° 861.

In nomine domini. Ego Nadesinda, femina, et filiis meis Durande et Comitissa, vinditores sumus ad domum s. Maria, qui est in Kastrum Felix, vel ad eius servientes, emptores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus vobis vinea nostra propia, qui nobis advenit, ad me Nadesinda, per decimum, et ad nos filios, per genitorem nostrum. Et est ipsa vinea in comitatu Barch., in terminio de Erapruniano. Que affrontat: de orientis in terra erma de nos vin-

ditores, de meridie in vinea de iam dicto domo s. Maria, de occiduo in via, de circi in terra erma de nos vinditores. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic vindimus ipsa vinea a predicto domo, vel ad eius servientes, tam istos presentes, quam et successores illorum, ab integrum, in propter precium solidos VII et medium, et nichil exinde non remansit; est manifestum. Quem vero predicta ipsa vinea, que ibi vindimus de nostro iure in eius domo tradimus dominio et potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si nos vinditores aut ullusque homo, qui ad ista vindicione venerit ad inrumpendum, non valeat vindicare, sed componat, aut componamus ipsa vinea ad predicto domo in duplo, cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista vindicione id dec., a. XX.°VIII.° regnante Leutario, rege.

S+m Nadesinda, femina; S+m Durando; S+m Comitissa, qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Vivas; S+m Fredario;; S+m Udalberto.

Ss. Wadamirus, presbiter, qui ista vindicione scripsi et ss. die et anno quod supra.

143. 982, febrero 27.

Diosdado y su esposa venden a Santa María de Castelldefels unas tierras que poseían en Arampruñá.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 89 (n.° CXXI).

A. C. A., Cart., f. 278, n.° 862.

In nomine Domini. Ego Dodado et uxori mea Felicia, vinditores sumus ad domum s. Maria, in Kastrum Felix, vel ad eius servientes, emptores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus ibi terra nostra propria, qui nobis advenit, ad me Dodado, per genitores meos, et ad me Felicia, per meum decimum. Et est ipsa terra in comitatu Barch., in terminio de Erapruniano. Qui affrontat ipsa terra: de orientis in terra erma de meridie et de occiduo in terra de iam dicto domo, de circi in terra qui fuit de qd. Wirnarani, vel in ermo. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic vindimus ipsa terra ad eius domo vel ad eius servientes, ab integrum, in propter precium solidos VI, et nichil exinde non remansit; est manifestum. Quem vero predicta ipsa terra, que ad eius domo vindimus, de nostro iure in eius tradimus dominio et potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo, qui ad ista vindicione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus ipsa terra ad eius domo vel ad eius servientes in duplo, cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista vindicione III.° kal. marcii, a. XX.°VIII.° regnante Leutario, rege.

S+m Dodado; S+m Felicia, qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Vivas; S+m Baldomar; S+m Teudo.

Ss. Wadamirus, presbiter, qui ista vindicione scripsi et ss. die et anno quod supra.

144. 982, abril 12.

Alvaro y su esposa, Esperaendeo y su esposa, y Senior, venden al abad Juan las tierras y viñas que poseían en Cervelló.

REGESTA: Carreras, *Lo Montjuich*, 337. — Mas, *Notes*, IV, 89 (n.° CXXXII).

A. C. A., Cart., f. 222, n.° 688.

In nomine Domini. Ego Albarus et uxor sua Graciosa, et Sperandeo et uxor sua Ermilde, et Senior, femina, nos simul in unum vinditores sumus tibi Ioannes, abba, simul cum fratribus suis monachis de domum s. Cucuphati, emptores, per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus vobis terra et vinee, et nostrum proprium quod abemus in comitatum Barch., in terminio de castrum Cervilione in alode de domum s. Cucufati. Advenit ad me, Albarus, per mea aprisione, et ad me Graciosa per meum decimum et ad me Sperandeo et Ermilde et Senior per genitores nostros, sive per quacumque voce. Afrontad ipsa terra et vinea: de parte circi in vinea de iam dicto Albarus, de orientis in terra de Madersinda, femina, vel eres suos, de meridie in ipsa via, de occiduo in vinea de Albarus iam dicto. Quantum istas afrontaciones includunt, sic vindimus vobis ipsa vinea,et ipsa terra cum ipsos arbores, que ibidem sunt, ab integre, in propter precium solidos XV, et nichil de ipso precio aput nos emptores non remansit; et est manifestum. Quem vero predicta ipsa vinea et terra, que vobis vindimus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem, ab omni integritatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Et qui contra ista vindicione venerit pro inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus vobis ipsa terra et vinea in duplo cum omni sua inmelioracione, et ista vindicione firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione II.° id. apr., a. XX.°VIII.° regnant Leutario, rege.

S+m Albarus; S+m Graciosa; S+m Sperandeo; S+m Ermilde; S+m Senior, nos qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; Ss. Senderedus, presbiter, ss.; S+m Bonofilio.

℣ Wadamirus, presbiter, scripsit cum litteras rasas in verso III.° et ss. et die et anno quod supra.

145. 982, junio 13.

Ermengarda permuta con Juan, abad de San Cugat, unas piezas de tierra que poseía en "Palacio Avuzido" por otras que ya había recibido del Monasterio mediante escritura. (Véase el número siguiente.)

REGESTA: Mas, *Taula*, 333; *Notes*, IV, 90 (n.° CXXXIV).

A. C. A., Cart., f. 54, n.° 198.

In nomine Domini. Ego Ermengarda, femina, comutatrice sum tibi Johannes, abba, et monacos s. Cucuphati. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut inter nos comutacionem fecissemus sucuti et facimus.

Dono namque vobis in vestra comutacione terras in duos locos meas proprias quod habeo in comitatum Barch., in terminio de Palacio Avuzido, qui mihi advenit de genitores meos vel per comparatio sive per quacumque voce. Et affrontat ipsa una terra: de circi in terra de s. Cucuphati, de aquilonis in terra de s. Cucuphati vel de Bulgara, de meridie in terra de s. Cucuphati, de occiduo in ipso verdegario et orto de s. Cucuphati vel de Bulgara et alios heres. Et ipsa alia pecia de terra affrontat: de parte circi in terra de Guigela, de aquilonis in vinea qui fuit de Ursio et suos heres, et habet dextros x et octo et medio, de meridie in terra de Guigela, de occiduo in ipsa media clera de Riopullo, unde ipse flumen solebat discurrere vel discurrit per imbres; et habet dextros XXII. Quantum istas affrontaciones includunt, omnia hec vobis dono in vestra comutacione per vestras alias terras quod vos mihi dedistis, sicut in mea resonat scriptura comutacionem quod vos mihi fecistis, et de meo iure in vestro trado dominio et potestatem, ab omnem integritatem perhenniter habendi, videndi, donandi, comutandi, vel faciendi exinde quod volueritis, habeatis plenam potestatem, cum exiis vel regressiis earum, a proprio. Et qui ista comutacione inrumpere temptaverit, componat aut componam vobis hec omnia in duplo cum sua inmelioracione, et ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione idus iunii, a. XX.°VIII.°, regnante Leutario, rege.

S+m Ermengarda, femina, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Seniofredus, presbiter; S+m Unufredus; S+m Odo; Bernardus, ss.

S+m Ennego, presbiter, qui ista comutacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

146. 982, junio 13.

Ermengarda vende al abad Juan y a los monjes de San Cugat una tierra que poseía en "Palacio Auzido" por dos "pensas" de plata. (Véase el documento anterior.)

REGESTA: BALARI, 620. — MAS, *Taula*, 404; *Notes*, IV, 90 (n.° CXXXIII)

A. C. A., Cart., f. 62, n.° 234.

In nomine Domini. Ego Ermengarda, femina, vinditrice sum vobis Iohannes, abba, et fratres tuos monachos s. Cucuphati, emtores. Per hanc scripturam vindicionis mee vindoque vobis terra mea propria quot habeo in comitatum Barch., in terminio de Palatio Auzido, qui mihi avenit per comparacione sive per quacumque voce. Et affrontat hec omnia: de parte circi in terra qui fuit de Guintol vel de Beriza, de aquilonis in vinea qui fuit de Ursio vel suos heres, et habet dextros in amplitudine XXXI, de meridie in terra de Guigela, de occiduo in media clera de flumen Riopullo unde ipsum flumen solebat discurrere vel discursit per locos, et habet in amplitudine dextros XXXIIII. Quantum istas affrontaciones includunt, sic vindo vobis ipsa terra, ab integrum, in precium pensas II de argento bono placibile, quod vos emtores mihi dedistis et ego vinditrice de presente manibus meis accepi; est manifestum. Quem vero predicta hec omnia que vobis vindo, de meo iure in vestro trado dominio et

potestatem, ab omnem integritatem ut quicquid exinde facere vel iudicare volueritis liberam, in Dei nomine, habeatis plenam potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si ego, vinditrice, aut ullusque homo qui contra ista vindicione pro inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam vobis ipsa terra in duplo cum sua inmelioracione, et ista vinditio firma permaneat omnique tempore.

Facta vinditione idus iunii, a. XX.°VIII.° regnante Leutario, rege.

S+m Ermengarda, femina, qui ista vinditione feci et firmare rogavi; S+m Odo; S+m Unufredus; S+m Renardus; S+m Seniofredus, presbiter.

S+m Ennego, presbiter, qui ista vindicione scripsi et ss. die et anno quod supra.

147. 982, septiembre 14.

Saborela y sus hijos venden, por cincuenta sueldos, a Santa María de Castelldefels unas tierras situadas en Arampruñá.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 90-1 (n.° CXXXV).

A. C. A., Cart., f. 275 *v*, n.° 851 *bis*.

In nomine Domini. Ego Saborella, femina, et filiis meis Baldomar et Suniario, et Grazilia et Recosindo, vinditores sumus ad domum s. Maria in Kastrum Felix, vel ad eius servientes, emptores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus vobis terra nostra propria, qui nobis advenit a me Saborella per comparacione vel per meum decimum et ad nos filios per genitori nostro. Et est ipsa terra in comitatu Barch., in terminio de Erapruniano. Qui affrontat ipsa terra: de orientis in ipso rio de ipsa Sentiz, de meridie in terra vel in curte de iam dicto domo, de occiduo in terra de Geriberto, sive in terra de qd. Dodato, de circi in terra erma de nos vinditores. Quantum inter istas affrontaciones includunt, sic vindimus ipsa terra ad eius domo ipsa nostra hereditate quod ibi hereditare debemus per quacumque voce, ab integrum, in propter precium solidos L, et nichil exinde non remansit; et est manifestum. Quem vero predicta ipsa terra que ad eius domo vindimus de nostro iure in eius trado dominio et potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si nos vinditores, au[t] ullusque homo, qui ista vindicione venerit ad inrumpendum, non valeat vindicare, set componat, aut componamus ipsa terra ad predicto domo vel ad eius servientes in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista vindicio firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta ista vindicione X.°VIII.° kal. oct., a. XX.°VIII.° regnant Leutario, rege.

S+m Saborella, femina; S+m Baldomar; S+m Suniario; S+m Grazilia; S+m Recosindo, qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ramio; S+m Felix; S+m Vivas.

Ss. WADAMIRUS, presbiter, qui ista vindicione scripsi et ss. die et anno quod supra.

148. 982, diciembre 7.

Gotmar y su esposa ceden al abad Juan, a cambio de unos viñedos, unas tierras que poseían junto al río Ripoll.

REGESTA: Mas, *Taula*, 332; *Notes*, VI, 193 (n.° MCCXXXIX).

A. C. A., Cart., f. 53 *v*, n.° 194.

In nomine Domini. Ego Gotmar, et uxor mea Liuol, que vocant Virucia, comutatores sumus tibi Iohannes, aba, et fratres tuos monachos s. Cucuphati. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut inter nos comutacione fecissemus de aliquid de proprietate nostra, sicuti et facimus. Donamus namque vobis in vestra comutacione, terras nostras proprias et prados, et in ipso mulnare qui ibidem est, et in ipso rego et capud rego et subtus rego et suo discurso, ipsas nostras partes; qui mihi advenit, ad me Gotmar, per mea comparatione vel per quacumque voce, et ad me, Liulo, per luctuoso et per meum decimum, vel per quacumque voce. Et est hec omnia in comitatu Barch., iuxta Riopullo; et affrontat ipsa I terra: de circi in terra s. Petri cenobii et in ipsa calzada, de quilonis in terra de Ferriol, de meridie in terra de Esteges vel suos heres, et de occiduo in ipso rego mulner; et alia pecia de terra affrontat: de circi et de occiduo et de meridie in terra de Anna, femina, de aquilonis in terra de Gonsemiro vel suos heres; et alia terra cum ipso prado affrontat de circi in ipso rego mulner sive in ipso cacavo, de aquilonis in terra de Fonsemiro vel suos heres, de meridie in flumen Riopullo, de occiduo in terra de Anna et de Esteges vel in prado. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic donamus vobis ipsas terras cum prads et in ipso mulnar, et in ipsos regos ipsas nostras partes per vestras vineas que vos nobis donastis, sicut in nostra resonat scriptura comutacionis, quod vos nobis fecistis, et iure vestro tradimus quicquid exinde facere vel vindicare volueritis liberam, in Dei nomine, habeatis plenam potestatem, cum exio vel regressio suo. Quod si nos, comutatores, aut ullusque homo, qui contra hanc comutacione venerit pro inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus vobis hec omnia in duplo cum omni sua inmelioratione. Et ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione VII.° idus dec., a. XX.°VIII.° regnante Leutario, rege.

S+m Gotmar; S+m Liuol, que vocant Virucia, nos qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus .i. proicius; S+m Ermenardus, ss.; ✠ Baldomar, ss.; ☧ Bellus, presbiter.

S+m Vuadamirus, levita, qui ista comutacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

149. 983, enero 25.

Teudardo y su esposa donan al Monasterio un viñedo situado en "Palacio Auzido", conservando el dominio útil mientras vivan.

REGESTA: Mas, *Taula*, 335; *Notes*, IV, 91 (n.° CXXXVI).

A. C. A., Cart., f. 57, n.° 210.

In nomine Domini. Ego Teudardo, et uxori mea Liuol, donatores sumus ad domum s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut ad predicto domo aliquid de propietate nostra donare fecissemus, sicuti et facimus. Donamus namque ibidem vinea nostra propria quod habemus in comitato Barch., in terminio Palatio Auzido; qui mihi advenit, ad me, Teudardo, per mea comparatione, et ad me, Liuol, per meum decimum, vel per quacumque voce. Qui affrontat ipsa vinea: de parte circi in vinea de Gotmar, presbiter, de aquilonis in via, de meridie in vinea de s. Cucuphati, de occiduo similiter. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic donamus ipsa vinea ad domum s. Cucuphati, ab integrum, cum exiis vel regressiis suis, in tale videlicet ratione ut in diebus nostris et nos possideamus ipsa vinea, et post obitum nostrum remaneat ad domum s. Cucuphati vel eius servientes. Quod si nos, donatores, aut ullusque homo qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus ad predicto domo vel eius servientes hec omnia in duplo, cum omni sua inmelioracione. Et ista donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione VIII.° kal. febr., a. XX.°VIIII.° regnante Leutario, rege.

S+m Teudardo; S+m Liuol, nos qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; ✠ *Baldomar*; ✠ Eroigius; S+m Adalus, ss.

S+m Vuadamirus, levita, qui ista donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

150. 983, febrero 18.

Ennego permuta con el abad Juan una propiedad que poseía en Cervelló, por unas casas, corrales y tierras que le entrega el Monasterio.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 91-2 (n.° CXXXVII).

A: Orig. Archivo de Montserrat.

C: A. C. A., Cart., f. 226 *v*, n.° 709.

In nomine Domini. Ego Ennego que vocant Bonofilio, comutator sum vobis Ioannes, haba, simul cum fratres tuos monachos de s. Cucufati. Per anc comutacionis nostre comuto vobis terra mea propria, qui michi advenit per mea comparacione. Et est ipsa terra in comitatum Barch., in terminio de Castrum Cervelione. Et afrontat ipsa terra: de oriente in ipso cannedo, de meridie in terra de Borello, comite, de occiduo in terra de domum s. Cucufati, de circi in ipso cannedo. Quantum istas afrontaciones includunt, sic comuto vobis ipsa

terra, ab integre, cum exio vel regressio suo; et accepit ego comutator, in placitum et paccionem nostram, kasas cum curte, et terra, qui est in ista terra de Ennegone; et est manifestum. Quem vero predicta terra que ego vobis comuto de meo iure in vestro trado dominio et potestatem ad omnia que volueritis facere. Quod si ego comutator, aut ullusque homo, qui contra hanc comutacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare sed componat, aut componam vobis ipsa terra in duplo cum omni sua inmelioracione, et in antea ista comutacione firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione XII.° kal. marc., a. XX.°VIII.° regnante Leutario, rege.

S+m Ennego, que vocant Bonofilio, qui ista comutacione fecit, et firmare rogavit; Ss. Maurus, sacer, ss.; S+m. Reinallus; Ss. Ermenardus, ss.

S+m Wadamirus, qui ista comutacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

151. 983, marzo 25.

Belido da al monasterio de San Cugat propiedades, casas y bienes que poseía en Barcelona, Badalona, Santiga, Granollers, Sentmenat, Balañá y Granera.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, 92 (n.° CXXXVIII). — AESBICHER, *Études*, 66.

A. C. A., Cart., f. 297, n.° 904.

In nomine Domini. Ego Belido, donator sum Deo et s. Cucufati, martir Christi cenobii, cuius baselica sita est in suburbio civitatis Barchinone [1], paulo longius octavo miliario, in loco vocitato Octaviano. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut ad supradictum domum cartam donacionis fecisem, sicuti et facio. Dono namque ibi intus in civitate Barchinona ipsa mea ereditate, quod abeo in ipsas casas quod michi contigit de ienitori meo qd., et iterum dono ipsa mea ereditate quantum abeo in Bitulona, et in Vallense, in locum ubi dicunt sancta Maria Antiqua, vel in eius terminio, et in Granoliarios, sive in valle s. Minati, omnia mea ereditate quantum in predictis locis abeo per quacumque voce. Et iterum domo in comitatu Ausona, in villa Balaniano, vel in eius terminio, omnia quantum ibidem abeo; et in comitatum Minorisa, in plano de Baies, ipsa mea ereditate quantum ibidem abeo vel abere debeo. Et in terminio castrum Granaria similiter ad supradictum domum ofero. Hec omnia ei dono in casis, in curtis, in ortis, ortalibus, in petris, in lignis, in pascuis, in terris, in vineis, in aquis, aquarum ductibus vel reductibus, quantum servitores s. Cucufati in predictis locis invenire potuerint per mea hereditate ita obtineant et posideant, sicut ceteris alodibus et munificenciis eiusdem eclesie pertinentibus. Quem vero predicta omnia, que ibidem dono, de meo iure in potestatem Ioanne, presente aba, simul cum fratres suos, manibus trado, ut quiquid exinde facere voluerint liberam, in Dei nomine, abeant plenam potestatem, cum exiis et regressiis earum, a proprio. Quod si ego donator, aut ullusque homo, qui contra ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam vobis hec omnia in duplo, cum sua inmelioracione, et ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione VIII.° kal. apr., a. XX.°VIIII.° regnante Leutario, rege.

S+m Bellido, qui ista donacione fecit et firmare rogavi; S+m Wadamirus, levita, ss.; S+m Oliba, clerico, ss.; S+m Mirone.

S+m Ennego, presbiter, qui ista donacione scripsi cum literas rasas in verso I et ss. die et anno quod supra.

1. Sigue en blanco un espacio para nueve letras.

152. 983, abril 24.

Gigilo otorga al Monasterio el molino que fué de Donado y de Ardarigo, con sus anejos hasta la isla que había sido de Ermengarda, y la tierra que fué de Berica hasta el Ripoll, en "Palacio Avuzid".

REGESTA: MAS, *Taula*, 331; *Notes*, IV, 92-3 (n.° CXXXIX).

A. C. A., Cart., f. 52 *v*, n.° 189.

In nomine Domini. Ego, Gigilo, donator sum ad domum s. Cucuphati cenobii. Manifestum enim est quia placuit animis, et placet, nullus coegentis imperio, nec suadentis ingenio, set propria expontanea mea mihi hoc elegi cum Deo bona voluntas, ut ad predicto domo cartam donacionis fecissem de aliquid de ; roprietatem meam, sicuti et facio. Dono namque ibidem ipsos meos molinares cum suis capud aquis, et suos regos et subtus regos, et illorum discursis, et insulas, et gleras, et quantum habeo ego de ipso molino qui fuit de Donado et de Ardarigo, usque ad ipsa insula, qui fuit de Ermengarda, et de ipsa terra qui fuit de Berica usque in flumen Riopullo; et advenit mihi hec omnia de genitores meos, vel per comparacione, sive quacumque voce. Qui est hec omnia in comitato Barch., in terminio de Palacio Avuzid, circa flumen Riopullo. Hec omnia dono a predicto domo vel ad eius servientes, cum illorum affrontaciones vel cum exios et regressios earum. Quem vero predicta omnia, quem ibidem dono, de meo iure in potestate trado de s. Cucuphati vel eius servientes, ad habendi, vi[n]dendi, donandi, comutandi, vel quicquid exinde facere voluerint liberam, in Dei nomine, plenam habeant plenam potestatem. Quod si ego donator, aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam ad predicto domo vel eius servientes hec omnia in duplo ium sua inmelioratione, et ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione VIII.° kal. mad., a. XX.°VIIII.° regnante Leutario, rege.

Ss. Gigila, qui hanc donatione feci et firmare rogavi; Ss. Ermenardus; S+m Ennego, presbiter, ss.; Ss. Maurus, sacer, ss.; S+m Aico; S+m Iuliano.

S+m Audegarius, presbiter et monachus, qui ista donatio scripsi et ss. cum literas fusas et superpositas vel emendatas in verso IIII.° et III.° verso, die et anno quod supra.

153. 983, abril 28.

Ildra da a San Cugat un viñedo que tenía en La Palma de Cervelló.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 78 (n.° CXIV).

A. C. A., Cart., f. 224, n.° 698.

In nomine domini. Ego Ildra, donator sum ad domum s. Cucuphati. Manifestum est enim quia dono vobis pecia de vinea, que nobis advenit per genitrice mea. Et est ipsa hec omnia *in comitato Barch., vel infra termino de Palmes. Et affrontat ipsa hec omnia*: de oriente in vinea de Godemare, de meridie in margine, de occiduo in vinea de Godemare, de circi in margine. Quantum in istas afrontaciones includunt ad domum s. Cucufati, ab integrum, sicut kanonica actoritas iubet, propter remedium anime mee. Quod si, me donatore, aut ullusque omo, qui contra anc ista donacione venerit pro inrumpendum, in primis iram Dei inveniat cum Iudas Kaliotis participacionem accipiat, et a sancta mater ecclesia extraneus sit et comunicus non siat nos in vita neque post morte.

Facta ista donacione IIII.° kal. mad., a. XX.°VIIII.° renante Leutario, rege.

S+m Ildra, qui ista donacione fecit, et firmare rogavit; S+m Pedrero; S+m Gomesindo; S+m Mocono.

✠ Argela, presbiter, escripsit sub ss. die et anno quod supra.

154. 983, julio 27.

Gigela permuta con el abad Juan varias tierras, casas, huertos, corrales, la mitad de un molino, etc., que poseía en "Palacio Auzid", por otras propiedades, más una pensa de plata.

REGESTA: Mas, *Taula*, 403; *Notes*, IV, 93 (n.° CXI).

A. C. A., Cart., f. 60, n.° 229.

In nomine Domini. Ego Gigela, comutator sum vobis Iohannes, abba, et monachos s. Cucuphati. Manifestum est enim quia sic placuit animis nostris, et placet, ut inter nos comutacionem fecissemus, sicuti et facimus. Dono namque vobis in vestra comutacione terras cum casas et solarios et subtalos, solos et superpositos, et curtes, et ipsas terras subreganeas cum viridicarios, et ipso mulino qui fuit de Birca, ipsa medietate et amplius, et ipso capud rego de ipso mulino, a proprio, et modiatas VIII, et amplius de vineas et pomiferos que ibidem sunt, meum proprium, quod habeo in comitato Barch., in terminio de Palatio Avuzid; qui mihi advenit per genitores meos, et per comparatione vel comutacione sive per quacumque voce. Et affrontat ipsas terras cum ipsas casas et ipsos viridicarios: de circi in terra s. Cucuphati, de aquilonis in vinea superius scripta, de meridie in terra de Richeld, de occiduo in ipso rego. Et alia terra affrontat de circi et meridie in terra s. Cucuphati, de aquilonis in vinea, de occiduo in flumine Riopullo. Et ipsa vinea cum ipsos pomiferos affrontat: de circi in vinea de Eldemar, de aquilonis in via vel in terra de

Richeld, de meridie in terra s. Cucuphati, de occiduo in terra suprascripta. Et alia terra affrontat: de omnesque partes in terra s. Cucuphati et in torrente. Et in alio loco alia terra cum vinea affrontat: de circi in terra et vinea de Servo Dei, de aquilonis in terra de Alexandrio, de meridie in terra de Servo Dei, de occiduo in prad vel in terra de Riched. Quantum infra istas affrontaciones includunt, omnia hec vobis dono in vestra comutacione pro alias vestras terras, et casas, et curtes, et prads, et mulino, et viridicarios, et vineas, et pensa una de argento quod vos mihi dedistis, sicut in mea resonat scriptura quod vos mihi fecistis, et de meo iure in vestro trado domínio et potestatem, ab omnem integritatem, perhenniter habendi, vindendi, donandi, comutandi, faciendi exinde quod volueritis liberam, in Dei nomine, habeatis plenam potestatem, cum exiis vel regressiis earum a proprio. Quod si ego, comutator, aut ullusque homo, qui contra ista comutacione pro inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam vobis hec omnia in duplo cum omni sua inmelioracione, et ista comutacione firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione VI.° kal. aug., a. XX.°VIIII.° regnante Leuthario, rege.

Ss. Gigila, ss., qui hanc comutacione feci et firmare rogavi; S+m Vuadamiro, clerico, levita, ss.; S+m Ennego, presbiter, ss.; S+m Autone, subdiacono; S+m Soliba; S+m Riculfus; S+m Scluva; S+m Bellus.

℣ Odone, levita et monachus, qui hanc comutacione scripsi cum litteras rasas et fusas in verso XI.° et ss. die et ano quod supra.

155. 983, agosto 14.

Ellemar permuta con Juan, abad del Monasterio, una tierra situada en "Palacio Auzito", recibiendo en cambio otra tierra, cuyo lugar no se determina.

REGESTA: MAS, *Taula*, 401; *Notes*, IV, 93-4 (n.° CXLI).

A. C. A., Cart., f. 58, n.° 217.

In nomine Domini. Ego, Ellemare comutator sum tibi Iohannes, abba, et monachos s. Cucuphati. Manifestum est enim quia sic placuit animis nostris, et placet, ut inter nos comutacionem fecissemus, sicuti et facimus. Dono namque vobis in vestra comutacione terra mea propria, cum ipsos arbores, qui est in comitato Barch., in terminio de Palatio Auzito, et advenit mihi per comparacione, vel per quacumque voce. Et affrontat ipsa terra: de circi et de meridie in terra de Rielle, de aquilonis in terra s. Cucuphati, de occiduo in ipso rego vel in terra qui fuit de Deilane. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic dono vobis ipsa terra in vestra comutacione per vestra alia terra que vos mihi donastis, sicut in vestra resonat scriptura comutacionis quos vos mihi fecistis, et iure vestre eam trado, ut quicquid exinde facere vel iudicare volueritis liberam, in Dei nomine, habeatis plenam potestatem, cum exio et regressio suo, a proprio. Et qui ista comutacione inrumpere temptaverit, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam vobis ipsa terra in duplo cum omni sua inmelioracione, et ista comutacione firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione x.°viiii.° kal. sept., a. xx.°viiii.° regnante Leutario, rege.

S+m Eldemarus, qui hanc comutacione feci et firmare rogavit; S+m Vives; S+m Fluridio; S+m Venrello.

S+m Vuadamirus, levita, qui ista comutacione scripsi et die et ss. anno quod supra.

156. 983, agosto 22.

Eldemar permuta con el abad Juan una tierra situada en "Palacio Auzido", recibiendo, en cambio, del Monasterio, unas tierras y viñedos cuya localización no se indica.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 545. — Mas, *Taula*, 403; *Notes*, iv, 94 (n.° cxlii).

A. C. A., Cart., f. 60, n.° 228.

In nomine Domini. Ego Eldemare, comutator sum tibi Iohannes, abba, et monacos s. Cucuphati. Manifestum est enim quia sic placuit animis nostris, et placet, ut inter nos comutacione fecissemus, sicuti et facimus. Dono namque vobis in vestra comutacione, terra mea propria, subreganea, cum ipsos arbores, qui est in comitato Barch., in terminio de Palatio Auzido, et advenit mihi per comparatione vel per quacumque voce. Et affrontat ipsa terra: de circi in ipsa glera vel in flumen Riopullo, de aquilonis in ipso rego vel in terra s. Cucuphati et de Ricelledo, de meridie in ipsa terra, qui fuit de Deilane. sive in ipso rego, de occiduo in ipsa media glera vel in flumen Riopullo. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic dono vobis ipsa terra in vestra comutacione per vestra alia terra et vinea que vos mihi donastis, sicut in vestra resonat scriptura comutacionis, quod vos mihi fecistis, et iure vestre eam trado, ut quicquid exinde facere vel iudicare volueritis liberam, in Dei nomine, habeatis plenam potestatem, cum exio et regressio suo, a proprio. Et qui ista comutacione inrumpere temptaverit, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam vobis ipsa terra in duplo, cum omni sua inmelioracione, et ista comutacione firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione xi.° kal. sept., a. xx.°viiii.° regnante Leutario, rege.

S+m Eldemarus, qui ista comutacione fecit et firmare rogavit; S+m Uniefredo, presbiter; Ss. Bernardus et Seniofredus; S+m Gultredo, que vocant Bonutio.

S+m Vuadamirus, levita, qui ista comutacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

157. 983, noviembre 27.

Ballemar, Gundalmar y sus consortes, y Gualo, venden a Santa María de Castelldefels cierta tierra sita en Arampruñá.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 538. — Mas, *Notes*, iv, 94-5 (n.º cxliii). — Aesbicher, *Études*, 23.

A. C. A., Cart., f. 278 *v*, n.º 863.

In nomine Domine. Ego Ballemare, et uxor mea Venrella, Vuandalmare et uxor mea Senior, femina, et Vuallo, femina, nos simul in unum vinditores sumus vobis domum s. Maria, qui est sita in castrum qui dicunt de Feles, et ad Seniofredus Innago, eres. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus vobis terra nostra propria, qui nobis advenit ad me Ballemare, ad me Wandalmare, ad me Vuarlo, de genitores nostros, ad me Venrela et ad me Senior, per nostra decima. Et est ipsa terra in comitatu Barch., infra terminio de Erapruniano. Et affrontat ipsa terra: de circi in terra de Bella, femina, vel filios suos, et de aquilonis in terra de nos emptores, et de meridie in strada publica, et de occiduo in terra de domno Borrellus, comes. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic vindimus nos vobis ipsa terra, ab integrum, in precium solidos x, et nichil de ipsa precia apud vos emptores non remansit; est manifestum. Quem vero predicta terra, que vobis vindimus de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestate, cum exio et regressio suo, a proprium. Quod si nos vinditores, aut ullus homo, qui contra hanc vindicione venerit pro inrumpendum, non valeat vindicare, sed componat, aut componamus vobis ipsa terra in duplo cum omnem suam inmelioracione, et in antea ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista vindicione v.º kal. dec., a. xxx.º regnante Leotario, rege.

S+m Baldemare; S+m Venrella; S+m Vimadamare; S+m Senior; S+m Varlo; S+m Maria, consuenssum de ista carta a facere, qui hanc vindicione fecimus; S+m Wifredo; S+m Dodado; S+m Martinus.

Borrellus, presbiter, qui hanc vindicione scripsi cum litteras superpositas et ss. die et anno quod supra.

158. 984, marzo 3.

Fredemundo y su esposa hacen donación al Monasterio de unas tierras, huertas y prados, más la parte que les correspondía del molino que poseían en "Palacio Auzido". También le otorgan lo que les pertenecía del alodio que fué de Deila.

REGESTA: Mas, *Taula*, 402; *Notes*, iv, 95 (n.º cxliv).

A. C. A., Cart., f. 58 *v*, n.º 219.

In nomine Domini. Ego Fridemundus, et uxor mea Andriga, femina, donatores sumus ad domum s. Cucuphati, qui est situs in comitato Barch., in loco octaviano. Manifestum est enim quia placuit animis nostris ,et placet, nullius coegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria expontanea nostra

hoc elegit cum Deo bona voluntas, ut ad predictum domum aliquid ibidem donare fecissemus, sicuti et facimus. Donamus namque ibidem terras nostras proprias et ortales, cum arboribus et pratis; et in ipso mulino ipsas nostras partes, quantum ibidem habemus vel habere debemus. Qui est hec omnia in comitatum Barch., in terminio de Palatio Auzido. Et advenit ad me, Fredemundo, per comparacione, et ad me, Undriga, per genitores meos et per decimum, sive per quacumque voce. Donamus namque omnia quantum habemus de ipso alaude, qui fuit de Deila usque ad ipsum alaude de Teaseberga, vel suos heres, et de ipso Palatio Auzido usque in flumine Riopullo, cum illorum affrontaciones. Quantum infra ipsas affrontaciones includunt, sic donamus ad predictum domum omnia, quantum ibidem habemus, ad proprium, et de nostro iure in eius tradimus dominio et potestatem vel ipsos monachos, ab omnem integritatem, ut quicquid exinde facere voluerint liberam, in Dei nomine, abeant plenam potestatem, cum exios et regressios earum. Quod si nos, donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus hec omnia ad predictum domum vel ad ipsos monachos in duplo cum omnes suas inmelioraciones. Et hanc donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione v.° nonas marcias, a. xxx.° regnante Leutario, rege.

S+m Fredemundo; S+m Undriga, femina, nos qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Trasovario; S+m Ursio; S+m Ammud.

S+m Vuadamirus, presbiter, qui ista donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

159. 984, marzo 26.

Juan, abad de San Cugat, permuta con el abad de Ripoll un viñedo situado junto a Barcelona, una tierra en Valdarió y otras en Corró, recibiendo en cambio Ripoll una torre, corrales y tierra situados cerca de Montjuich, del Puerto y en Bañols.

REGESTA: Carreras, *Lo Montjuich*, 246. — Mas, *Notes*, iv, 95-6 (n.° cxlv). — Gallardo, *Mogent*, 38.

A. C. A., Cart., f. 297, n.° 905.

In nomine Domini. Ego Ioannes, gracia Dei abba beati Cucufati, martiris Christi abba, una cum fratribus meis monachis eiusdem ecclesie Deo servientes, adinvenimus consultum, ut vobis domno Suniefredo, gracia Dei abba, et cuncta caterva monacorum cenobio s. Marie Riopullensis comutare fecissemus aliquit de proprietate predicto monasterio, sicuti et facimus. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus quoqueegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea nobis cum Deo bona elegimus voluntas, ut comutare vobis fecissemus terras et vineas in territorio Barch., vel in eius comitatu, qui nobis advenit hec omnia per donacione vel per quacumque voce. Affrontat ipsa una vinea, qui est iuxta Barchinona, id sunt modiatas iiii legitimas, quod ibi dimisit Unufredi qd., filium Sallani: de parte orientis in vinea de s. Cucufato, de meridie in vinea de Moise vel de Beneve-

nisti, ebreos, de occiduo in vinea de Langovardo, presbitero, de circi in vinea de Ferriol; et ipsa terra, qui est in valle Ariulfo, id est, media pariliata, affrontat: de parte orientis in ipso prado, de meridie in terra de predicto s. Cucufato, de occiduo in ipsa strada, de circi in terra de Guitardo; et ipsa terra, qui est in terminio de Corrone, iuxta Granoliarios, affrontat: de orientis in ipsa serra, de meridie in terra de Savilo vel suos eres et in via, de occiduo in ipsa strada, de circi in vinea de Miro vel suos eres; et alia vinea cum ipsa terra, affrontat: de parte orientis in ipsa strada, de meridie in terra de s. Maria cenobio, de occiduo in alveo Vallense, de circi in vinea de Adroario; et ipsa modiata de vinea qui est in ipso vineario de Corrone affrontat: de orientis in vinea de Daco qd., vel suos eres, de meridie in vinea de Sesegudo, de occiduo in alveo Vallense, de circi in vinea de Gondeberto. Quantum istas afrontaciones includunt, hec omnia vobis donamus in vestra cimutacione, in propter vestras terras cum ipsa turre et curte quod vos nobis in comutacione dedistis; et sunt ipsas terras cum ipsa turre in pago Barchinonense, prope Monte Iudaico, ad ipso porto, vel in Balneols. Affrontant ipsas terras et turre vel curte: de orientis in terra de Guilaberto vel suos eres, de meridie in ipsa mare, de occiduo in terra de Ioannes, de circi in terra de Vuitiza; et ipsas terras, qui sunt in Balneolos affrontat ipsa una fexa: de parte orientis in terra de Daco vel de Senderedo, de meridie et de occiduo in terra de Virgilia, de circi in ipso prado. Alia vero affrontat: de orientis in terra de Virgilia, de meridie in terra de Orucia et suos filios, de occiduo in terra de Guillara qd., de circi in ipso prado, sicut resonat in nostra comutacionis scriptura quod vos nobis firmastis et tradidistis et aput nos modo retinemus. Quem vero predictas terras et vineas, que vobis in comutacione donamus, de iure ecclesie nostreque potestati, in vestro tradimus dominio, ad omnia faciendi quod volueritis liberam, in Dei nomine, abeatis potestatem, cum exios et regressios earum, a proprio. Quod si nos comutatores, aut ullum de successoribus nostris, vel cuiuslibet animo, qui hanc comutacione ad inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, set componat, aut componamus vobis predictas terras vel vineas, que vobis in comutacione donamus, in duplo, et illorum inmelioraciones, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione VII.° kal. apr., a. XXX.° regnante Leutario, rege.

✠ Iohannes, nutu Dei aba, qui hanc comutacione feci et firmare rogavi; ✠ Odone, levita et monachus; Ss. Senderedus, presbiter et monachus; ✠ Audegarius, presbiter et monacus; Ss. Alaricus, presbiter et monacus; ✠ Comparatus, presbiter et monachus, ss.; S+m Argemundus, presbiter et monachus; S+m Sinderedus, presbiter et monachus; S+m Altemirus, presbiter et monachus; ✠ Giscafredus, presbiter et monachus; ✠ Guadamirus, levita et monachus; S+m Galindus, presbiter et monachus; ✠ Ferriolus, presbiter et monachus, nos simul in unum cuncta congregacio s. Cucufati consencientes hanc comutacione fecimus et testes firmare rogavimus; S+m Guadamirus, presbiter, ss.; S+m Wifredus; S+m Proicius.

S+m Audegarius, presbiter et monachus, qui hanc comutacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

160. 984, abril 9.

Carta precaria otorgada por Juan, abad de San Cugat, a Guitesindo y a Susana, sobre un alodio situado en Riusech, en el lugar llamado Ruginada, a cambio de la parte de un molino de Saltells que poseía Guitesindo.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 512. — Mas, *Taula*, 292; *Notes*, IV, 97 (n.º CXLVI).

A. C. A., Cart., f. 23 *v*, n.º 65.

In nomine Domini. Ego, Iohannes, abba, simul cum fratres meos monacos s. Cucuphati martiris Christi cenobii, tibi fideli nostro, Guitesindo, simul cum uxori tue, Susanna. Manifestum est enim quia venisti ad nos, et petisti nos alaudem de domum s. Cucuphati per precaria, id est, domos, curte, solos et superpositos, quod tu ipse condirexisti cum tuo avere et arbores quod edificasti, simul cum ipsa terra pariliada I quod in circuitu ipso domo est. Etenim placuit animis nostris, et placet, nullius coegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propia espontanea nostra hoc elegimus cum Deo bona voluntas, ut tibi carta precaria fecissemus, sicuti et facimus. Donamus namque tibi ipsos domos simul cum ipsa terra pariliada I et ipsos arbores que infra sunt, qui nobis advenit per donatione. Et est ipsum alaude simul cum ipsos domos, et orto cum ipsas fontes, qui intus surgunt, in comitatum Barch., in Riosico, ad locum ubi vocant ipsa Ruginada. Et affrontat hec omnia: de parte orientis in Riosico, de meridie in terra de filios qd. Ramio faber, de circi in alaude de domum s. Cucufati, de occiduo in strada publica. Quantum istas affrontaciones includunt, sic donamus tibi hec omnia quod superius resonat, simul cum eremo que ibi est, et ipsos exios, que in circuitu sunt, in ea videlicit ratione, ut in diebus vite tue teneas et possideas tu vel posteri tue; fructus tamen quod Deus ibidem dederit dare facias ad domum Cucufati ipsa tascha absque fraude, et non liceat tibi vindere nec inalienare, nec alium senoraticum facere, nisi nos aut successores nostros. Et si necessitas evenerit, aut opus fuerit tibi aut opus fuerit tibi aut posteritati tue ut eum vindere voluerint, potestetem abeant, ut eum invicem sive vendant in ea voce quod supra resonat ipsa tasca donent et alium senioraticum non faciant, et teneat eum vel possideant, et nos recepimus propter hoc medietatem de ipso milino quod tu condirexisti in alaudem de domum s. Cucuphati, in locum que dicunt Saltellos, quod ibidem habebas per tua constructione. Quem vero predicta omnia, que tibi donamus, de nostro iure in tua potestate per supradicta voce tradimus, cum exio et regressio suo. Quod si nos, donatores, aut ullusque homo, qui contra ista scriptura donationis venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vendicare, set componat aut componamus tibi vel posteri [1] tue ipsum alaudem in duplo cum sua inmelioratione, et insuper ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta precaria V idus apr., a. XXX.° regnante Leotario, rege.

℣ Iohannes, nutu Dei abba, qui hanc precharia feci et S+m; ℣ Odone, levita et monachus, ss.; Suniefredus, presbiter et monachus; S+m Gualindus, presbiter et monachus; S+m Audegarius, presbiter et monacus; Ss. Argemundus, presbiter et monacus; S+m Gompdradus, presbiter et monacus, ss.; S+m Endalecius, presbiter et monacus, ℣; ℣ Audegarius, presbiter et mo-

nacus, ss.; ✠ Ermemirus, levita et monacus; S+m Guadamirus, levita et monacus; S+m Adroarius, levita et monachus, ✠.

S+m Maurus, sacer, qui ista precaria scripsi cum litteras rasas in verso III et IIII et ss. die et anno quod supra.

1. *Corregido sobre* posteritati.

161. 984, mayo 15.

Miravulo, Ingilberto, Virgilia y Bella permutan con el abad Juan unas propiedades del molino que poseían en el Ripoll, junto a "Palacio Avozido", por dos mojadas de viñedo y un buey que les donó el Monasterio.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 251. — Mas, *Taula*, 401; *Notes*, IV, 97-8 (n.° CXLVII).

In nomine Domini. Ego Miravulo, Ingilberto, Virgilia, femina, et Bella, nos uterque fratres comutatores sumus tibi Iohannes, abba, et fratres tuos monacos s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut inter nos comutacione fecissemus de aliquid de proprietate nostra, sicuti et facimus. Donamus namque vobis in vestra comutacione ipsas nostras hereditates de ipso mulino quod habemus in Riopullo iuxta Palatio Avozido, cum suo rego et caput rego et subtus rego, et cum sua strumenta, et cum suas casas et sortes III de terra; que est hec omnia in comitatum Barchinona, in terminio de Palatio Avozido; advenit nobis per genitores nostros, sive per quacumque voce. Affrontat ipsa una sorte, qui est ante ipsum molino, de omnesque partes in terra de s. Cucuphati martir. Et alia sorte affrontat: de parte circi in terra s. Cucuphati, de aquilonis similiter in terra s. Cucufati, de meridie in terra s. Cucuphati vel de nos comutatores, de occiduo in ipso rego. Et alia sorte affrontat: de parte circi in terra de Transemira, femina vel filios suos, de aquilonis in terra s. Cucuphati, de meridie similiter, de occiduo in ipso rego. Quantum istas affrontaciones includunt vel superius resonant, sic donamus vobis in ipso mulino ipsas nostras partes ab ipsas sortes de terras per vestra vinea modiatas II et bovo I que vos nobis donastis, sicut in nostra resonat scriptura comutacionis que vos nobis donastis; et iure vestro hec omnia tradimus, ut quicquid exinde facere vel iudicare volueritis libera, in Dei nomine, habeatis plenam potestatem, cum exio vel rẽgressio suo, a proprio. Quod si nos, comutatores, aut ullus homo qui contra hanc ista comutacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus vobis hec omnia quod superius resonat in duplo, cum omnem suam inmeliorationem, et hanc comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione idus madii, a. XXX.° regnante Leutario, rege.

S+m Miravulo; S+m Ingilberto; E+m Virgilia, femina; S+m Bella, nos qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Teodardo; S+m Ramio; S+m Recosindo.

S+m Oliba, presbiter, qui ista comutacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

162. 984, mayo 23.

Livulo (Orucia) con sus hijos dan al Monasterio unos alodios que poseían en Partegás.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 124, 141 y 248. — Mas, *Notes*, iv, 98 (n.° cxlviii). A. C. A., Cart., f. 319 *v*, n.° 955.

In nomine Domini. Ego Livulo, que vocant Aurucia, et filiis meis Miro et Plancario, que vocan Bunucio, clerico, et filia mea Ermengoncia, nos simul in unum donatores sumus domum s. Cucufati martiris Christi cenobii, cuius baselica sita est in suburbio civitatis Barchinona. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullius quogentis imperio, nec suadentis ingenio, set propria expontanea hoc elegimus cum Deo bona voluntatis, ut ad predictum domum donacione fecissemus, sicuti et facimus, propter Deum et remedium anime viri mei qd. Gotmares vel genitori nostri, nos filii qui sumus supranominati. Donamus namque ad supradictum domum terras, cum casas et vineas, eremum et cultum, aquis aquarum, cum arboribus vel pomiferis vel glandiferis, ductibus et reductibus, pratis, pascuis, molindinis, molinaris cursibus, rego vel subtusrego, in silvis, in garricis; qui est hec omnia in comitatu Barch., locum que vocant Pertagaz. Et afrontad: de parte orientis in Agua alba, de meridie in Tordaria, sive in Villarzello, de occiduo in flumine Tordaria, de parte vero circi afronta in terminum vocitato Campinus, vel in terminio Mascheroles. Quanto infra istas quatuor afrontaciones includunt, sic donamus ad supradictum domum nos pariter omnia, sicut supra insertum est, vel omnia quiquid dici vel nominari potest, ipsa sexta parte qualem ibidem qd. Gotmares successit vel ereditare debui per quacumque voce, vel ego iam dicta Livulo, que vocant Aurucia, cum filiis meis iam suprascriptis, in ipsa alaude iam dicto Pertegaz nos ereditare debemus per vocem qd. Gotmarus, sic donamus vel tradimus ad supradictum domum, ab integrum, cum exiis et regressiis earum, a proprio. Quem vero predicta hec omnia que ibidem donamus, de nostro iure in potestatem abati vel monachis s. Cucufati tradimus, ut quiquid exinde facere voluerint, plenam habeant potestatem, sicut ceteris alaudibus vel munificenciis eiusdem ecclesie pertinentibus. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc ista carta donacione venerit ad inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus ipsa hec omnia supra nominata ad predictum domum vel eius servientes in duplo cum omnem earum inmelioratione, et in antea ista carta donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista carta donacione x.° kal. iunii, a. xxx.° regnante Leutario, rege.

S+m Livulo, qui vocant Aurucia; S+m Mirone; Ss. Plancario, clerico; S+m Ermengoncia, femina, nos simul in unum qui ista carta donacione fecimus et testes firmare rogavimus; ✠ Baldomar, ss.; S+m Plancario; S+m Petrus; S+m Albarigo.

S+m Vuadamirus, presbiter, qui ista donacione scripsi cum litteras superpositas in verso primo et ss. die et anno quod supra.

163. 984, octubre 19.

Margarita entrega al Monasterio una tierra sita en Sardañola y el precio de una yegua que Vivas poseía en Barcelona.

REGESTA: Mas, *Taula*, 305; *Notes*, IV, 98-9 (n.º CXLIX).

A. C. A., Cart., f. 40 *v*, n.º 132.

In nomine Domini. Ego Margarida, femina, donatrice sum ad domum s. Cucuphati martiris. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut ad predicto domo aliquid de proprietatem meam donare faciam sicuti et facio. Dono namque ibidem terra mea propria qui mihi advenit per mea comparatione; et est ipsa terra in comitatum Barch., in terminio de Cerdaniola. Et affrontat ipsa terra de orientis in via, de meridie in terra de Singere, femina, et de occiduo in terra s. Cucuphati, de circi in ipso prado. Et dono ibi ad domum s. Cucufati ipso precio de ipsa egua, quod Vvivas abebat in Barchinona. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic dono ipsa terra et ipso precio de ipsa egua ad domum s. Cucuphati vel ad eius servientes vel ad successores eorum, secundum regulam s. Benedicti, in Dei nomine, habeant plenam potestatem, cum exio et regressio suo, a proprio, propter Deum et remedium anime mee. Quod si ego, donatrice, aut ullusque homo, qui contra hanc donatione venerit pro inrumpendum non hoc valeat vindicare, set compona, aut componam ad domum s. Cucuphati ista hec omnia in duplo cum omni sua inmelioratione, et anc donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione x.°IIII.° kal. nov., a. XXX.°I.° regnante Leuthario, rege.

S+m Margarida, qui ista donatione fecit et firmare rogavit; S+m Vivas; S+m Godmare; S+m Baldofredo.

Ss. Radulfus, presbiter, scripsit et ss. cum litteras rassas vel fusas in verso III.° vel IIII.° die et anno quod supra.

165. 985, enero 15.

Los herederos de Baró dan al Monasterio el legado del difunto, consistente en una almudada de tierra sita en Gallechs.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 99 (n.º CL).

A. C. A., Cart., f. 375 *v*, n.º 1086.

In nomine Domini. Ego Petrus, presbiter, et Bella, femina, et filio vel filias meas, his nominibus: Goregilde et Quindeverga et Casta, nos simul in unum donatores sumus ad domum s. Cucuphati. Manifestum est enim quia precepit nobis qd. Baroni ut cartam donacionis fecissemus ad predicto domum de modiata I de terra, sicuti et facimus. Et est ipsa terra in commitatum Barch., in Vallense, in terminio de Gallegos. Qui afrontat: de circi in vinea qui fuit de Trasoario,, et de oriente in vinea de Ermesinda, Deo dicata, et de meridie in ipsa via, et de occiduo in vinea de Adevora, femina. Quantum istas afrontaciones includunt, omnia hoc donamus ad predicto domum, cum exio vel re-

gressio suo, a proprio. Et qui ista donacione inrumpere temptaverit, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus ista omnia ad predicto domum in duplo cum sua inmelioratione, et ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione XVIII.° kal. feb., a. XXX.° regnante Leutario, rege.

S+m Bella, femina; S+m Gorregilde; S+m Quindeverga; S+m Casta; S+m Petrus, presbiter, ss., nos qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Datus; S+m Iacentus; S+m Trasemirus.

S+m Iohannes, presbiter, que vocant Hendalecus, qui hec scripsi cum litteras rasas et emendatas in verso III et ss. sub die et anno quod supra.

164. 985, febrero 13.

Amelo, por disposición testamentaria de Ballovigio, otorga al Monasterio un viñedo que poseía en "Palacio Auzido" y una pieza de tierra sita en el "Pudio de Esperada".

REGESTA: MAS, *Taula*, 404; *Notes*, IV, 99 (n.° CLI).
A. C. A., Cart., f. 59, n.° 221.

In nomine Domini. Ego Amelo, donatrice sum ad domum s. Cucuphati que dicunt monasterio. Manifestum est enim quia precepit qd. Ballovigio cartam donacionis fecissem, sicuti et facio, de vinea mea propria vel de bovada de terra qui me advenit per iuditium obligatum a sserie condicionis, ordinante iudice. Et est in comitatum Barch., in Vallense, in terminio Palacio Auzido; ipsa terra, ad ipso pudio de Esperada, dono ad domum s. Cucuphati ab illorum affrontaciones. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono ad domum s. Cucuphati, cum exiis et regresiis earum, a proprio. Quod si ego, donatrice, aut ullusque homo qui contra ista donatione venerit pro inrumpendum, sed ira Dei incurrat et cum Iudas Scariothis participationem habeat, et in antea ista donacione firmis et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Facta donacione idus feb., a. XXX.°I.° regnante Leutario, rege.

S+m Amelo, qui ista donacione feci et firmare rogavi; S+m Ermesindo; S+m Bulgara; S+m Lobatone.

S+m Senderedus, clericus, qui scripsi et die et ss. anno quod supra.

166. 985, marzo 15.

Spanla cede al Monasterio una heredad sita en Magerova y un campo llamado "Pozols".

REGESTA: MAS, *Taula*, 302; *Notes*, IV, 99-100 (n.° CLII).
A. C. A., Cart., f. 36 *v*, n.° 116.

In nomine Domini. Ego Spanla, certum quidem manifestum enim qui placuit animis meis, et placet, nullus quoqueagentis imperio nec suadentis inge-

nio, set propria et expontanea mea bona voluntate, ut carta donationis fecissem ad domum s. Cucuphati cenobii, sicuti et feci; hoc est, casa cum curte, et orto cum arbores,et terra et vineas qui mihi advenit de parentorum vel per Uvimovo; et est in comitato Barch., prope s. Cucuphati, in locum que dicunt Magerova. Et affrontat ipsa casa cum curte et orto et terras et vineas: de oriente in terra vel in vinea de s. Cucuphati, et de meridie similiter, et de aliasque partes similiter vel in vineas de Galinno sive in terra; et in alio loco campo que dicunt Pozols; affrontat: de oriente in terra de Poncio, de meridie in terra de domum s. Cucuphati, de occiduo in strada, de circi in terra de Poncio. Quantum infra istas affrontaciones includunt sic dono ista omnia superius scripta ad domum s. Cucufati, in tale videlice[t] ratione, ut dum ego vixero teneam istum alaudem et donare faciam ipsa tascha ad domum s. Cucuphati. Post obitum meum remaneat ad domum s. Cucuphati, et non liceat mihi alium senioraticum facere, nisi ipsos abbates s. Cucuphati, et de meo iure in potestate trado de domum s. Cucuphati vel eius servientes. Quod si ego, donator, aut ullus homo, qui contra ista donatione venerit ad inrumpendum, in primis ira Dei incurrat, et in antea ista carta donatione firmam permaneat modo vel omnique tempore.

Facta ista carta donationis idus marciis, a. XXXI.° regnante Leuthario, rege.

S+m Spanla, qui ista donatione feci et testes firmare rogavi; S+m Bellus; S+m Chirigo; S+m Ramio.

BULGARANE, presbiter, qui ista carta donatione scripsit et ss. sub die et anno quod supra.

167. 985, marzo 24.

Riquinario y su esposa ceden al Monasterio varias propiedades sitas en el lugar llamado "Fero" de Sardañola.

REGESTA: MAS, *Taula*, 301; *Notes*, IV, 100 (n.° CLIII).

A. C. A., Cart., f. 35, n.° 112.

In nomine Domini. Ego Richinario, et uxori mea Flavia, donatores sumus Deo et s. Cucuphati. Manifestum est quia placuit animis nostris, et placet, nullus quoqueagentis imperio nec suadentis ingenio, set propria expontanea nostra hoc elegimus cum Deo bona voluntas, ut predicto s. Cucuphati cenobii, carta donationem fecimus de terra et vinea qui fuit de Castellano et de Gontero; qui nobis advenit per comparatione; et est hec omnia in comitatum Barch., infra termine de Cerdaniola, in locum que dicunt Fero. Et affrontat ipsa terra et vinea: de orientis in terra de Beremba, vel in vinea qui fuit de Ermengarda, et a meridie in vinea de Beremba, femina, et de occiduo in vinea de s. Cucuphati, et de Ermegodo, femina, vel de filiis suis, et de circi in vinea qui fuit de Ermengarda, femina. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic donamus a predicto s. Cucuphati ipsa terra et vinea, in tale videlicet ratione ut in diebus vite nostre nos donatores teneamus, et de ipso oblatum quod Deus ibidem dederit donare faciamus ipsa medietatem ad s. Cucufati, vel ad servientes eius, et post obitum nostrum ipsa terra et vinea fiat

de s. Cucuphati ab integre, sicut ceteris alodibus et munificentiis, cum exiis vel regressiis earum; et est manifestum. Et de nostro iuro ipsa terra et vinea ad domum s. Cucuphati tradimus, sicut superius resonat, ut in perpetuum s. Cucuphati sit exinde honoratus. Quod si nos, donatores, aut ullusque homo, qui contra hanc ista donationem venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat ad Cucuphati ipsa omnia iam dicta in duplo cum omnem illorum inmeliorationes, et in antea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione VIIII.° kal. apr., annorum XXX.°I.° regnante Leuthario, rege.

S+m Richinario; S+m Flavia, qui ista donationem fecimus et firmare rogavimus; S+m Argemiro; S+m Suniario; S+m Vutiza.

Ss. Baio, scripsi et ss. die et anno quod supra.

168. 985, febrero 28.

Adroer y otros, testamentarios de Guinado, entregan al Monasterio una mojada de viñedo sita en "Monte Gallinero".

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 49. — Mas, *Taula*, 324; *Notes*, 100-101 (n.° CLIV).

A. C. A., Cart., f. 45 *v*, n.° 151.

In nomine Domini. Ego Adroario et Abo, Bellarone et Oruca, femina, elemosinarios qui sumus de qd. Uvinadi, nos pariter donatores sumus domum s. Cucuphati cenobii. Per hanc ista scriptura donationis donamus namque ibidem modiata I.ª de vinea terminata in montem Gallinero, quod nobis ille iussit dare ibidem qd. predicti Uvinadi quando venit ad extrema voluntate sua, loquela plena, memoria integra, propter remedium anime sue, sicut in ipso iuditio resonat, quod nos exinde obligavimus a sserie conditionis, ordinante iudices. Et est ipsa vinea in comitatum Barch., in Vallense, in monte Gallinero, ibidem donamus modiata I de vinea, et de nostro iuro ibidem tradimus a proprium a predicta s. Dei ecclesia, propter remedium anime sue. Et qui contra hanc ista scriptura donationis venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat hec omnia superius inserta in duplo a predicta s. Dei ecclesia cum illorum inmelioratione. Et in antea ista donatio firmis et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donatione V. kal. augusti, a. XXX.°I.° regnante Leotario, rex, filium Leuduici.

S+m Adroario; S+m Abo; S+m Bellarone; S+m Oruca, qui ista donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Chintela; S+m Lotero; S+m Trasuado.

☧ Eritonsus, sacer, hec scripsit et ss. die et supra et anno.

169. 985, agosto 15.

Los herederos testamentarios de Seniofredo dan al Monasterio una faja de tierra sita en la villa "Rededano".

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 101 (n.º CLV).

A. C. A., Cart., f. 327, n.º 969.

In nomine Domini. Ego Seniofredus, et Raimu, Adalelle, donatores sumus s. Cucufati cenobii. Manifestum est enim quia comendavit nobis Seniofredo sua elemosina, et precepit nobis ut scripturam donacionis fecissemus ad predictam domum de fexa I de terra, sicuti et fecimus. Et est ipsa terra quem ibidem donamus ad predictum domum in comitatum Barch., in terminio de Villa Rededano, qui nobis advenit pro hanc causa elemosinaria, unde iudicium tenemus conscriptum te obligatum infra metum temporum ad eseriam conditionis. Et affrontat ipsa terra: de orientis in terra de Sendredus vel suos eres, et de meridie in rio, et de occiduo in terra de s. Cucufati cenobii, et de circi in ipsas brugarias. Quantum infra istas IIII.^{or} afrontaciones includunt de ipsa terra, sic ibidem donamus a predictum domum s. Cucufati cenobii, propter Deum et remedium anime qd. Seniofredi. Quem vero predicta terra, quem ibidem donamus, de nostro iure ibidem tradimus ad predictum domum. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, no valeamus vindicare, sed componam, aut componamus ipsa terra in duplo cum omne suam inmelioracione, et ista donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione XVIII kal. setemb., annos XXXI regnante Leutario, rege.

S+m Seniofredus; S+m Ramiu; S+m Adalelle, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Annalego; S+m Argela; S+m Ramiu.

Ss. Ezcone, presbiter, qui ista donacione scripsit et ss. die et anno quod supra.

170. 985, septiembre 7.

Guadamir y sus hermanos entregan al Monasterio unas tierras y viñedos enclavados en Cercedol.

REGESTA: Mas, *Taula*, 298-9; *Notes*, IV, 101-2 (n.º CLVI).

A. C. A., Cart., f. 32 *v*, n.º 100.

In nomine Domini. Ego Wadamirus, et Petrus, et Pulcra, femina, et Sendredus, et Cusca, donatores sumus ad domum s. Cucuphati cenobii terra, et in alio loco vinea, cum aliquid de terra que nobis precepit genitori nostro quando perrexit ad Barchinona civitate, et periit ibi quando ipsa civitas devastata fuit ab ipsis sarracenis. Donamus namque ibi a predictum domum ipsa terra et vinea, qui est in comitato Barch., in terminio de Cercitulo. Et affrontat ipsa terra: de circi in vinea de predicto s. Cucuphato, de aquilonis

et meridie in terra similiter de s. Cucuphati, de occiduo in terra de Suniario et in vinea s. Cucuphati; et ipsa vinea cum ipsa terra affrontat: de circi in vinea s. Cucuphati, de aquilonis similiter, de meridie in terra de Suniario, de occiduo in vinea s. Cucuphati. Quantum istas affrontaciones includunt, sic donamus ipsa terra et vinea a predictum cenobio s. Cucuphati, qui est fundatus in locum Octaviano, propter Deum et remedium animas nostras vel genitori nostro Adala, ut de hodie in antea in potestatem eiusdem ecclesie permaneat, sive de ipsis abbatibus vel monachis, tam isti presentes quam et successores eorum. Quod si nos donatores, aut ullusque homo, qui contra ista donatione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus ipsi ecclesie hec omnia in duplo cum sua inmelioratione, et insuper ira Dei incurrat, et in antea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione VII.° idus sept., a. XXX.°I.° regnante Leutario, rege.

S+m Wadamirus; S+m Petrus; S+m Pulcra; S+m Sendredus; S+m Cuscha, nos simul qui ista donatione fecimus et firmare rogavimus.

S+m Audegarius, presbiter et monacus, qui ista donatione scripsi et ss. die et anno quod supra.

171. 985, diciembre 4.

Testamento sacramental de Ramio hecho antes de marchar a Córdoba, y muerto en Barcelona el 8 de julio. Lega al Monasterio su alodio de Gorgs, sito en Barberá, y otros bienes.

EDIT.: CARRERAS, *Lo Montjuich*, 312.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 600.—MAS, *Taula*, 407; *Notes*, IV, 103 (n.° CLVIII).—CARRERAS, *La frontera oriental*, 26, nota.—ROVIRA Y VIRGILI, *Història*, III, 265.—AESBICHER, *Études*, 30.

A. C. A., Cart., f. 37 *v*, n.° 252.

Conditiones sacramentorum ad quarum presentia residebat Roderandus, sacer, et iudice Borrello, et in presentia Eusebio, sacer, et Sabado Guidisclus, et Bonucius Miro, et aliorum bonorum hominum qui ibidem aderant, testeficant testes prolati quas proferunt his nominibus Odo, abba, et Atoni, qui sunt elemosinarii de quendam Ramio ad conprobandam causam elemosinariam ante supradicto sacerdote vel iudice, et hec sunt nomina testium qui hoc testificant, sicuti et iurant, id est; Guitesindo et Salomone, et Fruila; iurandi autem decimus in primis per Deum patrem omnipotentem, et per Iesum Christum filium eius sanctumque Spiritum, qui est in Trinitate unus et verus Deus, et per hunc locum venerationis s. Eulalie martir Dei, cuius altare vocitatum est infra domum s. Cucuphati {cenobii}, cuius basilica sita est in comitatum Barch., in locum Octaviano, supra cuius sancto altario has condicione[s] manibus nostris continemus vel iurando contangimus, quia nos suprascripti testes scimus bene, in veritate sapemus et de presente ibi eramus, occulis nostris vidimus et aures nostras audivimus ad ea hora, quando volebat pergere ad Cordoba urbem sarracenorum, sic testavit vel inuncxit omnem suam elemosinam ad iam dicto abbate, et testavit et voluit ut fuissent sui

elemosinarii Ato, filium, Vitale, et Karucio, et Rimilani qd.; et precepit eis ut si mors ei in ipso itinere, aut in quacumque loco ei advenisset, quicquid in suum testamentum fieri decrevit, firmum et stabilem fuisset omnique tempore, et plenam potestatem habuissent iam dictos elemosinarios omnem suam facultatem ad distribuere, sicut ad supradicto abbate iniunxit per suum testamentum. In primis iussit redimere suum alaude quod in pignus retinebat Guigone per mancusos x de auro cocto; et concessit ad domum s. Cucufati cenobii suum alaude quod habebat in Barberano, in locum que dicunt ad ipsos Gurgos, ab integre; et item concessit ei ad predictum domum suum alaude quod habebat in Congusto, sive in Sadurano vel in Vilar Daniel, id sunt: casas cum curtes, casalibus, terris et vineis, ortis, ortalibus, silvis, garricis, omnia et in omnibus, quicquid ille ibi emerat aut habebat vel habere debuerat per ullaque voce, exceptus ipsum alaude qui fuit de Daco, et concessit ad predicto domo parilio I de boves apud suo aperio. Et concessit ad domum s. Marie de Seva modiata I de vinea quod habebat in iam dicto Sevedano, et pecia I de terra, et concessit ad Rimila semodiata I de terra iuxta summ alaude, et concessit ad Trasoario, clero, ipsum alaude qui fuit de Fredario; et in alio loco pecia I de terra ad ipsas Vulpilarias, et ad domum s. Petro de Rodes, concessit kasas et curtes et ortos, ab integrum, et vinea, exceptus ipsa pecia ab ipso ponto; et ipsa pecia ad ipso ponto concessit ad domum s. Marie de Riopullo. Et concessit ad domum s. Petri de Vico suum alaude quod habebat in Cirviano, et suum alaude quod habebat in Villa Alba concessit ad s. Michaelis et ad s. Eulalia de Barchinona, et suum alaudem quod habebat in Marotima concessit ad Quintilo, Deo vota, in tale capcione, ut de vita sua teneat et possideat et exbladet, et post obitum suum remaneat ad s. Petri monasterii, et suo orto quod habebat in Barchinona civitate, ad ipsos Archos, concessit ad s. Maria Trescivitate, et concessit ad Oria, femina, vaca I et oves IIII et capra I cum ipsos agnos, et irco I, et truia I, et lito I de drapos cum suo cuxino, et ad novo veniente semodio I de ordeo, et quartas VII de vino; et concessit ad Salomoni vaca I et oves V cum suos agnos, et truia I, et ad Fruila concessit oves II et alias oves, et suos porcos et vaca I dare fecissent per pauperes pro anima sua; et suo pane et vino a novo veniente dare fecissent per pauperes vel presbiteros; et concessit ad Odo, suo elemosinario, pensa I de argento, et ad Ato concessit media pesa de argento, et omnem suam vasculam concessit ad ipsas iam dictas ecclesias ubi iam dictum alaudem relinquid, et ipsas duas pesas quod in suo testamentum resonant per semedipsum supradictum conditor Ramio ille, portavit ad domum s. Petri, quando illuc pergit; et cum hec omnia ordinavit pergit Corduba ubi ambulabat, postea inde reversus vixit annos, et sua voluntate nunquam mutavit neque per testes neque per ordinem scripture. Et cum ipsa voluntate intravit ad custodiendum Barchinona civitate cum aliis ceteris comorantibus eodem comitatu eodem tempore obsesa est a sarracenis, et apprehensa est VIII idus iulii; si ibidem interfectus fuit ita maneat sicut ille iniuncxit, vel lex precepit, et si vivus exinde ductus fuit in captivitate et postea suam voluntate mutaverit et secundum legem ordinaverit, sicut Domino placuerit, ita fiat. Nos vero, qui sumus elemosinarii supradicti Odo, abba, vel Ato, sic iuramus quia quicquid nobis iniuncxit in suum testamentum sine fraude et malo ingenio hic translatum est, et secundum sua voluntatem est factus vel editus.

Late condicione II.° nonas decembris, anno XXX.°II.° regnante Leutario, rege.

⁂ Odone, gratia Domini abba de cenobio s. Cucuphati, ss.; S+m Ato, nos elemosinarii sumus et simul in unum hoc iuramentum iuramus; S+m Gitesindo; S+m Salomone; S+m Fruila, nos testes sumus et simul hoc iuramentum iuramus; S+m Miro; Ss. Vuidiscos, ss.; S+m Dominico, nos auditores sumus; S+m Borrello, iudice, ss.

S+m. Audegarius, presbiter et monachus, qui has conditiones scripsi et ss. die et anno quod supra.

172. 985, diciembre 9.

Gotmar, obispo de Gerona, otorga al Monasterio un alodio que poseía en Sardañola y unas tierras en Vilamajor, en Palou de Riusech y en Saltells.

REGESTA: MAS, *Taula*, 322; *Notes*, IV, 104-5 (n.° CLX).
A. C. A., Cart., f. 42, n.° 137.

In nomine Domini. Ego Gotmarus, gracia Dei episcopus sedis Gerunda, donator sum ad domum s. Cucuphati cenobii ipsum meum alaude quod habeo in comitatu Barch., in terminio de Cerdaniola, et in Villa Maiore pariliadas III de terras, ad ipso palacio de Riosicco pariliada I, et a Saltellos pariliadas II. Hec omnia superius scripta dono ad predictum domum s. Cucuphati cenobii cum exio et regressios earum, et cum illarum affrontaciones, in tale videlicet ratione, ut ego, Gotmarus supradictus, teneam et possideam et exfructem omnibus diebus vite mee sine blandimentum de ullum hominem, et post obitum meum remaneat ad domum s. Cucuphati sine ulla inquietudine, cum omni integritate. Quod si ego, donator, aut ullus homo, qui contra hanc scriptura donationis venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, quod repetit, set compono ipsum alaude in duplo cum omni sua inmelioratione, et in antea ista donatio in omnibus obtineat roborem.

Facta scriptura donatione V.° idus decimbris, a. XXX.°II.° regnante Lothario, rege, filio qd. Ludoici.

S+m Godemarus, gratia Dei, ac si indignus episcopus sancte sedis Gerundensis ecclesie, qui hanc donatione feci et firmare rogavi, ss.; Sonifredus, presbiter, ss.; Ss. Lobatonus, levita.

S+m Trasericus, subdiaconus, qui hanc scriptura donatione scripsi cum literas fusas et sub ss. die et anno quo supra.

173. Compiègne, 986, enero-febrero.

Precepto de Lotario confirmando al monasterio de San Cugat todos sus bienes, su inmunidad y la libre elección del abad.

Es innumerable la bibliografía de este Precepto Carolingio. Y los autores se polarizan en los problemas que plantea este documento, que son principalmente los relativos a la autenticidad y fecha del mismo.

AUTENTICIDAD. — Existen en el Cartulario dos copias del mismo: una más larga que la otra, con una fecha diferente, y como corrían impresas las dos copias, los autores que lo citaban aceptaban como auténtica la que habían tenido a mano para consultarla, o las dos. El canónigo Dr. Puig [1] resume estas opiniones anotando que el privilegio de Lotario publicado por Marca es diverso del que editó Carbonell, pero que Campillo dice que se equivocaron los dos. Segura creyó que era inédito [2]. Carreras [3] dudó de la autenticidad de ambos, y Peray [4], aunque parece inclinarse a la opinión de Carreras, hace alguna salvedad, por el hecho de que dichos documentos fueron alegados en juicio y fuera de él, y nunca fueron tachados de falsos.

Halphen [5] de los dos hizo uno, pronunciándose por la autenticidad de un solo Precepto de Lotario, publicando en notas las partes interpoladas.

Abadal [6] ha seguido a Halphen, intentando decir sobre este Precepto la última palabra, buscando escrupulosamente los documentos que podrían haber sido las fuentes de las interpolaciones.

FECHA. — Varía mucho la data atribuída a los dos Preceptos que contiene el Cartulario. Al único verdadero diploma de Lotario Halphen le da, sin explicación alguna, la fecha de 984, no obstante haber antes fijado Lot [7] la verdadera. Abadal fija los puntos extremos de dicha fecha: la toma de Barcelona con la consiguiente ida del abad Odón a Compiègne, y el fallecimiento de Lotario, acaecido el 2 de marzo de 986.

La intervención de Arnulfo, como notario, y de Adalberón, como canciller, no precisan más. La data más exacta la fija el lugar de la fecha, Compiègne, donde Lotario se hallaba durante los meses de enero y febrero del año 986.

LA CAÍDA DE BARCELONA. — Las opiniones sobre el año de la toma de Barcelona no han estado de acuerdo. Mayorga [8], apoyado principalmente en los estudios de Dozy, parecía haberla definido para siempre, atribuyéndola al 6 de julio de 985; no obstante, Bofarull [9], Balari [10] y la mayoría de los autores han persistido en seguir divulgando que se tomó el mismo 6 de julio, pero del año siguiente de 986.

¡Y pensar que en el mismo Precepto de Lotario se fija exactamente el año 985! En efecto: Lotario muere el 2 de marzo de 986. Es incontrovertible que Almanzor tomó Barcelona en el mes de julio. ¿Podía, pues, el Precepto de Lotario referirse al mes de julio del año 986?

[A]: Original perdido.
B: A. C. A., Cart., f. 2, n.º 3.
C: (Interpolado) A. C. A., Cart., f. 3, n.º 4.

De **B** procedía **[D]**, o sea un *Vidimus* autorizado el 28 de enero de 1618 por Francisco Meranges, escribano que dependía del notario de San Cugat Juan Mas. De **[D]** procede **E**, copia del mismo siglo XVII existente en la Biblioteca Nacional de París, Colección Baluze, vol. 239, f. 32. Y finalmente de **B** procedía **[E]**, copia hecha por Caresmar y que se hallaba en el tercer volumen de los manuscritos de dicho Precepto que se custodiaban en el convento de Franciscanos de Vich, quemados o desaparecidos en el verano del año 1936.

De **C** procedía **G**, copia existente en el sobredicho vol. III de los papeles de Caresmar.

EDICIONES. — De **B**: CARBONELL, *Chroniques*, f. 8. — PUJADES, *Crónica*, VII, 275-9. — BEUTER, *Coronica*, 2.ª parte, 65.

De **C**: MARCA, Ap. CXXXVII. — BOUQUET, *Recueil*, 9, 656. — PERAY, *Monografía*, ap. III. SEGURA, *Historia de Igualada*, 17-8.

Reducción a un solo Precepto: HALPHEN-LOT, *Recueil*, n.º LI, y ABADAL, *Els Preceptes, Preceptes de Barcelona*, n.º III, 194-200.

REGESTA: Halphen-Lot indica los siguientes: BRÉQUIGNY, *Table*, I, 475. — BOEHMER, *Regesta*, n.º 2061, y el señor Abadal añade: MAS, *Notes*, IV, n.º 157 y n.º 159.

Para **B** hay además: VILLANUEVA, *Viaje*, XIX, 21. — MAYORRA, 176. — ROGENT, 24. — BALARI, *Orígenes*, 8, 9, 65, 116, 136, 148, 214, 222, 241, 250. — CARRERAS, *Argentona*, 25. CARRERAS, Notas *Hist. de Sarriá*, 41. — DURÁN, *Las relaciones*, 43. — MAS, *Taula*, 215. MAS, *Notes*, IV, 102 (n.º CLVII). — MAS, *Notes*, XIII, 73 y 93. — PERAY, *San Cugat*, 104-5.

Y para **C**: *España Sagrada*, XXIX. — MOXÓ, 2. — BALARI, *Orígenes*, 74 y 319. — MAS, *Taula*, 215. — MAS, *Notes*, IV, 104 (n.º CLIX). — DURÁN, 43. — FARRERAS, 15. — BARRAQUER, I, 130. — PERAY, *San Cugat*, 104-5. — PUIG, *Episcopologio*, 35. — CHIA, J., *Epitafio*, 286.

Nosotros reducimos los dos Preceptos a uno, poniendo en notas las partes que no son comunes a los dos, en este caso generalmente interpoladas.

1. *Episcopologio,* 35. — 2. *Historia de Igualada,* 16-7.—3. *Ciutat de Barcelona,* 216.—4. *San Cugat,* 110, nota 2. — 5. *Recueil des actes,* 120-4, n.º LI. — 6. *Els Preceptes,* 194. — 7. *Les derniers.* — 8. *Disertación.* — 9. *Los Condes.* — 10. *Orígenes.*

In nomine s. et individue Trinitatis. Lotharius, divina propicicente clementia, Francorum rex. Si loca paganorum tirannide destructa prediorum sanctis aliquando traditorum restaurando nostre benivolentie muniminis firmitatem eis adhibemus, id procul dubio ad nostre remedium anime profuturum esse non dubitamus. Quapropterea omnium noverit s. Dei ecclesie fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum industria, quoniam adiens nostre dignitatis presentiam quidam abbas cenobii s. Cucuphatis, Odo nomine, nostram humiliter expeciit clementiam quatinus cunctas res monasterii s. Cucuphati, quod est situm in loco vocitato Octaviano, octo miliarios distans a Barchinona civitate, quondam concessas vel in postmodum concedendas, nostre regalitatis decreto confirmare dignaremur, quod et fecimus. Concedimus itaque predicto cenobio omnes res quas per precepta nostrorum predecessorum, scilicet Karoli Magni seu Ledovici, genitoris nostri, vel per scripturas aliorum Christi fidelium combustas [esse novimus] [1] per infestationem paganorum, sicque, ut prenotatum est, predicti abbatis peticionem recipientes, prelibato cenobio renovabile preceptum fieri iussimus de rebus omnibus ad idem cenobium pertinentibus in presenti vel in postmodum concedendis. In primis ipsum alodum quod incircuitu ipsius cenobii est, sicut Suniarius, comes quondam, concessit [2] et terminavit: villam Cercitulum [3] cum terminis et adiacentiis: ecclesiam quoque s. Vincentii, que ibidem est fundata, cum decimis et primitiis; vallem que vocant Gausac cum omnibus adiacentiis suis; ecclesiam s. Felicis, que est ad ipsam villam de Milans, cum decimis et primiciis [4]; et in Agualonga et in Rioo Rubeo et in Cerdaniola et in Araona et in eorum terminis, domos, curtes, ortos, prata, pascua, vineas, terras cultas et incultas, per plura loca particulatim segregata, et ipsum alodum qui fuit Gotmaro presbitero; alodum vero que vocant Palatio Auzit vel [in] eius termine cum decimis et primitiis et ecclesiam [6] s. Stephani; alodum vero que est iuxta Ripollo [7] et circa Montecatano et in valle Mocosa et infra muros civitatis Barchinone [8] et in circuitu ipsius civitatis contra flumen Bisantium et contra ipsos montes qui [9] sunt super Orta et super Acutellos et contra flumine Lubricato et contra ipsum montem Olorda et cis et citra [10] flumen [11] Lubricato et contra illam villam quam [12] dicunt Palaliana et contra castrum Cervilionum et contra montem Petrosum et usque ad castrum quod dicitur Felix cum domibus, vineis, terris, cultis et incultis, cum decimis et primiciis seu molinaribus; castrum quod dicunt Felix cum ecclesiis ibidem fundatis s. Marie et s. Petri cum ipsorum dotaliciis [13]; ecclesiam s. Laurentii et ipsum montem quem dicunt s. Laurentii, et ecclesiam s. Stephani, que est sita in lattere eiusdem montis; aloda quoque que sunt infra termina Terracia et Berberanum [14] et Castelar, et ipsum alodum de Toldello quod ibi misit Vunterdus quondam, et ecclesiam s. Crucis et s. Lede et s. Silvestri, cum decimis et primiciis que Borrellus, comes, ibi donavit; villam Vitdameniam, que vocant Palatium, in valle Dordaria, et villam [15] Tobert [16] et ipsum pugium [17], totum et [18] integrum, et villam [19] Pinello cum suis terminis; ecclesiam [20] s. Marie et s. Stephani cum decimis et primiciis, absque tributo, sicut Gotfredus, comes, ibi concessit per scripturam donationis pro anima fratris sui Suniarii, clerici, sicut ei ipse precepit per suum testamentum;

vallem quam vocant Gregoria, cum suis terminis et aiacentiis; alodum quod [21] vocant Tapiolas, cum ecclesiis ibidem fundatis s. Genesii et s. Eulalie, cum decimus et primiciis et finibus et terminis; ecclesiam s. Felicis, que est in Valrano, et ecclesias [22] s. Genesii et s. Martini et s. Felicis, que sunt ad ipsum Fallium; et ecclesiam s. Martini ad Argentona, cum earum decimis et primiciis; alodum quod dicunt Spicellos et alodum quod [23] dicunt Castelleto, cum decimis et primiciis et finibus et terminis, et cellam s. Marie et s. Iohannis que sunt iuxta castrum Subiradis [24]; et ecclesiam s. Marie que [25] est [25] iuxta castrum [25] Claromonte; et ecclesiam [26] s. Marie iuxta castrum Odena; et ecclesiam s. Stephani iuxta castrum Olerdula; et ecclesiam s. Petri ad Aquamvivam, cum earum decimis, finibus et terminis [27]; et in castro Olerdula et in eius terminis, domos, turres, terras, vineas [28], cultum vel heremum, cum decimis et primiciis [29]; claustrum quem vocant Cleriana cum finibus [30] et terminis et ecclesiis que ibidem sunt, cum decimis et primiciis [31]; ipsum alodum quod Ansulfus ibidem dedit infra terminos de castro [32] Fonterubeo et Monteacuto et Piniana et Kerol [33]; ecclesiam [34] s. Olive cum ipso alodo [35] in latitudine de ipsa guardia de Bagnaries usque in villa Domabuis, et in longitudine de ipsa [36] villa Domenio usque ad ipsum mare, simul cum ipsos stagnos, cum decimis et primiciis; decimas quoque et primicias uti consuetum est ipsi loco ab antiquis temporibus accipere concedimus, ut amodo accipiat, teneat [37] et absque ulla retractatione possideat; aloda et possessiones alias quod retinet et tenuit in comitatu Barch., Gerundensi, Ausonensia, Urgeldiensi, et [per] scripturas alias deinceps adquirere potuerint, cum terminis et finibus illorum, ecclesiis, domibus, curtis, ortis, terris cultis et incultis, vineis, pratis, pascuis, silvis [38], calminibus, molendinis, aque itibus vel reductibus, cum exiis et regresiis, omnia hec habere permittimus illis, isti videlicet Odoni, abbati, ceterisque omnibus successoribus eius, [ut] sine ulla contradictione teneant atque possideant et per nomen nostrum defendant. Unde hec nostre altitudinis preceptum fieri ac prelibato s. Cucuphatis cenobio dari precepimus per quod predictas res, nemine inquietante, iure [39] perpetuo, possideant, ut nullus comes, pontifex, iudex publicus, in predictis rebus habeat potestatem causas distringuendi [40] nec obligandi, nec rationes exercendi, nec homines illorum aliquis distringat [41], nec per homicidium, nec per incendium vel raptum vel per ullum negocium. Et quando abbates discesserint, ipsi cenobite inter se abbatem eligant secundum regulam beati Benedicti. Et ut hec nostre auctoritatis largitio per succedentium tempora observetur, manu propria subter firmavimus et anulo nostro insignari [42] iussimus.

Actum Compendio palatio [43] regali, anno Dominice Incarnationis DCCCCLXXXVII [44], anno XXXI [45] regnante Lothario gloriosissimo rege.

Signum Lotharii (*monograma*) gloriosissimi regis.

Ego Arnulfus notarius ad vicem dumni Adalberoni archiepiscopi et sumi cancellarii recognovi.

1. esse novimus, *falta en B.* — 2. concessit et, *falta en B.* — 3. *En lugar de* Villam Cercitulum *hasta* ecclesiam s. Felicis, *C dice*: a parte orientis terminat cum terminos vel infra terminos de Cerdaniola, de parte vero meridie affrontat in ipsa serra que dicunt Cerola vel Agucellos, sicut aqua vergit, sive in alodem s. Petri monasterii Puellarum, et vadit per ipsa serra que est inter Gausac Cercitulo et Aqualonga, sicut aqua vergit; hec omnia ab integrum, exceptus alodem s. Michaelis et s. Iusti, de occidente vero parte similiter affrontat in terminos vel infra terminos de Aqualonga vel de castro Riorubeo, de parte vero circi affrontat in ter-

mines vel infra termines de Terracia. — 4. *Después de* primiciis *hasta* et in Aqualonga, *C dice*: Cum ipsum alodum quod ibidem est. Suntque affrontaciones eius: de oriente in ipsa serra de Val de Bastons et vadit usque ad ipso Pugo que dicunt Guardia, de meridie per ipsa serra de Buzigas usque in Rio rubio, de circii vero parte vadit per ipsum locum que dicunt Mata, et vadit usque ad ipso Muial de Monte acuto, de occidente vero affrontat in ipsa serra que dicunt Libra. — 5. Avuzit, *C.* — 6. ecclesie, *B* y *C.* — 7. Riopullo, *C.* — 8. civitate Barchinona, *B* y *C. Quizá* [in] civitate Barchinona. — 9. que, *C.* — 10. et circa, *C.* — 11. flumine, *B.* — 12. que, *C.* — 13. dotalociis, *B*; dotalibus, *C.* — 14. Berberano, *C.* — 15. villari, *B* y *C.* — 16. Toberet, *C.* — 17. ipso pugio, *B* y *C.* — 18. cum integro, *B* y *C.* — 19. villa, *B* y *C.* — 20. ecclesie, *B.* — 21, que, *C.* — 22. ecclesiam, *C.* — 23. que. *C.* — 24. Subirats, *C*. *El mismo C añade a continuación*: montana et campestria, quorum terminos a parte orientis incipiunt per ipso torrente de Fonte que vocant de Avellano, ubi una ripa est alba et alia rubea, usque rio de Annolia, et de parte occidentis affrontat similiter in torrente de ipso Sanillare, et de parte meridie in medio alveo de Annolia, et parte de circi per ipsum torrentem unde ipsa via pergit ubique, et ultra ipso rio ipsa Rovira, que affrontat de orientis in ipso medio alveo Anolia, et de parte occidentis in ipsa serra vel pugo ubi ipsi monumenti sunt antiqui prope ipsa villa Antiqua, et de parte meridie vel circi in ipsas conbas unde aqua discurrit per imbres hanc possessione; ecclesiam, *C.* — 25. *falta en C.* — 26. ecclesie, *B.* — 27. terminis et affrontacionibus suis, *C.* — 28. Vineasque, *C.* — 29. primiciis, finibus et affrontacionibus, *C.* 30. finibus et affrontacionibus suis et ecclesiis, *C.*— 31. *C añade a continuación*: suntque affrontaciones eius: de parte orientis in campo Magro, ad ipsa laguna vel in ipso Veltragar, et vadit per ipsa comba de Latula usque in sumitatem serre, et ascendit per ipsa serra et tendit usque ad ipso Pugol, que dicunt Gardiola de Alberels, de parte vero circi in iam dicto Puiol ante Albarel, sive in villa de Sanla, et pervadit ipsa serra super Artiga de Raisendo, et inde descendit per ipso Lomar ad iungente de Fraxano, ubi intrat in ipso riu de Vim, de occiduo similiter in ipso rio de Vim, vel s. Petri, de meridie in via que pergit ad ipsa Portela, vel in ipsa serra que dicunt Goda, et pervenit per sumitatem serre usque in ipsos Pugols, in ecclesia que dicunt s. Petri, cum ipsos terminos de Tovas, deinde descendit per ipsas fines de Tovos, per ipsa comba de Raiherio, usque in ipsa comba de Moronta, vel in ipsa serra de ipsa comba de Sancosa, exin[de] ascendit per ipsa costa usque in vertice montis de campo Magro usque ad ipsa laguna superius inserta, sicut domnus Vuifredus qd. iussit dare per scripturam largitionis domino Deo et s. Cucuphati, martiris, propter remedium anime sue patris que sui Sanlani qd.; et cellam s. Petri, que dicunt Vim, cum decimis et primiciis, et omnia sibi pertinentia, sicut qd. Sanla dedit domino Deo et s. Cucuphati, martiris, votive, simul cum Danielo, monaco; et in castrum Tovos, infra eius terminos, villam que vocant Avenes, cum suis terminis. — 32. Castrum, *C.* — 33. Cherolo, *C.* — 34. ecclesie, *B* y *C.* — 35. cum ipsum alodum, *B* y *C.* — 36. ipsa, *falta en B.* — 37. teneat et accipiat, *C.* — 38. Silvis, *falta en C.* — 39. nemine iure perpetuo inquietante,*B* y *C.* — 40. distinguendi, *B* y *C.* — 41 distingat, *B* y *C.* — 42. insigniri, *B* y *C.* 43. *falta en C.* — 44. DCCCCLXXXVIII, *C.* — 45. XXXII, *C.*

¶ 174. [954-986.]

Domnedilla y sus hijos otorgan a San Cugat una propiedad que poseían en Valldoreix.

A. C. A. Perg. San Cugat, n.º 58. Orig.

Apenas legible, ya de años, pues en el siglo XVIII el archivero escribió detrás: "Inútil per no poderse llegir".

[In nomine Domini. Ego Domnedilla, femina, et filiis] meis Suniarius, et Aurucio et Guifredus et Arged[urus et Arceduia] ..... || et Speciosa et Persona et Gontero, donatores sumus tibi ad domum s. Cucufati terra nostra propria qui || nobis avenit per [comparatione] vel per quacumque voces. Et est ipsa terra in pago Barch., in terminio de Aqualonga, [in loco de Valle Aurex, vel in ..... dre]; et affrontat: de parte circi in terra de Arcedunia,

femina, de orientis in ipso rio || [de meridie] ..... || de hocciduo in ipsa strata. Quantum infra istas afrontaciones includunt sic dona || [mus tibi ..... ipsa terra], ab integrum, in tale videlicet racio, ut Suniario eam laborare faciam [omnia] || ..... et donare faciam ipso quarto a domum s. Ququfati. Et qui ista donacione || [venerit pro inrumpendum aut nos] venerimus non oc valeat vindicare, set componat aut componamus ec omnia in duplo || [cum omni sua inmelioratione et ista] donacio firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta donacio v.° kal., || ..... [regnante] Leutario, rege.

S+m Domnedilla; |S+m Suniario; |S+m Aurucio; |S+m Guifredus; S+m Ergedurus; || [S+m Arcedunia]; S+m Mar .....; S+m Speciosa; S+m Persona; S+m Gonteros, nos qui ac donacione fecimus et firmare || [rogavimus]; S+m̃ Suniefredus; S+m Guadamirus; S+m Spanesidus.

S+m Baio.

175. 986, marzo 18.

Desiderio y Filmera permutan con el abad Odón unas propiedades enclavadas en Cercedol por unas viñas sitas en Tegoras y en "Mont Galliner".

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 49, 145. — Mas, *Taula*, 298; *Notes*, v, 132 (n.° dclxxvii). Peray, *San Cugat*, 118.

A. C. A., Cart., f. 32, n.° 97.

In nomine Domini. Ego Desiderio et Filmera, femina, comutatores sumus tibi Odo, gratia Dei aba, simul et fratres tuos monacos de s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, quod comutacionem inter nos fecimus de terra cum casas et curte et illorum superposito, et vineas et arboribus qui infra sunt, qui nobis advenit, ad me, Desiderio, per meum lectuosum vel per quacumque voce et ad me, Filmera, de genitrice mea vel per quacumque voce. Et est hec omnia in comitatum Barch., prope s. Cucuphati, ad ipso Guadello, sive in terminio de Cercedolo, ad ipsas Laceras. Et affrontat ipsa terra cum casas et curte et ipsa vinea qui ibidem est: de orientem, in ipso riunculos, qui discurrunt ad ipso Guadello, et a meridie in ipso rio, vel in terra de s. Cucuphati, et de occiduo in ipsa via, et de circi in terra de s. Cucuphati, vel in ipso rio, et ipsas vinea qui est in locum Lacera comutamus vobis ab integre. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic comutamus vobis ipsa terra cum casas et curte et illorum superposito, et ipsas vineas cum arboribus, ab integre. Et accepimus nos comutatores pactum vel placitum, vineas in locum que dicunt Tegoras, et in montem Gallinario, de manu de Odo, aba, vel de predictos monacos. Quem vero predicta omnia que nos tibi comutamus, de nostro iuro in vestram tradimus potestatem per vocem s. Cucuphati, ab integre, cum exios vel regressio earum, ad proprium; et est manifestum. Ista iam dicta omnia perhenniter habeatis per vocem s. Cucuphati, liberam in Dei nomine, abeatis potestatem. Quod si nos comutatores, aut ullusque homo, qui contra hanc ista comutacionem venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus vobis, vel ad

s. Cucuphati, ipsa terra cum casas et curte et illorum superposito, et ipsas vineas cum ipsos arboribus, in duplo cum omnem illorum inmeliorationes, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione XV.° kal. apr., a. I.° regnante Ludoico, rege.

S+m Desiderio; S+m Filmera, femina, qui ista comutacionem fecimus et firmare rogavimus; S+m Lopardus; S+m Ermemirus; S+m Bonushomo; S+m Wifredus; S+m Bonofilio.

Ss. Baio, scripsi cum litteras emendatas et ss. die et anno quod supra.

176. 986, marzo 25.

Mayor y Barón venden al abad Odón tierras y casas en el lugar Font Calçada de "Aqualonga".

REGESTA: Mas, *Taula*, 487; *Notes*, V, 132-3 (n.° DCLXXVIII). — Peray, *San Cugat*, 118.

A. C. A., Cart., f. 78, n.° 307.

In nomine Domini. Ego Maigor et Barone, vinditores sumus tibi Odo, aba, et monachos s. Cucuphati, emtores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus vobis terras et casas cum solos et superpositos, et curte et tosculario, et vineas, et arbores, et ortos subreganeos cum pomiferos, et ipsos prados qui nobis advenit de genitores nostros; et est in comitato Barch., in termino Aqualonga, in locum que dicunt Fonte Calciada; et afrontat ipsa terra cum ipsas cassas et curte et vineas cum arbores, et ortos cum pomiferos, et ipso prado: de oriente in terra de Bulcara et de s. Cucuphati et in terra qui fuit de Sendovad, de meridie in terra de s. Cucuphati et in terra que fuit de Sendoado et in ipso riunculo de Fonte Calciada et in alaude qui fuit de Servo[1] Dei et de Adardo, de occiduo in aleude qui fuit de Servo Dei vel de Adardo et de Iacenta vel eres suos, de circii in vinea de Iacenta et de Adardo vel in terra de s. Cucuphati et in terra de Iacenta; et ipsa alia terra afrontat: de oriente in terra de Castela, de meridie in ipsa strada publica, de occiduo in terra de Coltredo qui fuit, vel in ipso medio prado, de circi in medio ipso prado; et alia terra afrontat: de circii in ipso rio de Fonte Calciada, de orientii in terra de Iacenta, de meridie in terra de Richileva, de occiduo in terra qui fuit de Sendoado. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic vindimus vobis ipsas terras et cassas cum solos et superpositos, et curte, et vineas cum arboribus, et ortos subrecaneos cum ipsos pomiferos et prado, ab integrum, cum exios et regressios earum, exceptus ipsa tercia parte qui est de fratre nostro Sanla, in propter precium solidos octuaginta et VII; est manifestum; de nostro iuro in vestro tradimus dominio et potestatem, ab omnem intecritatem, ut quicquit exinde facere vel iudicare volueritis libera, in Dei nomine, abeatis plenam potestate. Quod si nos, vinditores, aut ullusque omo, qui contra hanc ista vindicione venerit pro inrumpendum, non oc valeat vindicare, sed componat, aut componamus vobis ec omnia in duplo cum sua inmelioracione, et in antea ista vindicione firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione VIII.° kal. apr., a. I.° regnante Leudoico, rege.

S+m Maior; S+m Barone, nos qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Senderedo; S+m Vuifredus; S+m Ermemir; S+m Adardo. S+m Seniofredus, presbiter, escripsi et ss. sub die et anno quod supra.

1. Fesvo, *Cart.*

177. 986, abril 8.

Galí y su esposa Emo venden al abad Odón una tierra sita en los Bazarons, término de Arampruñá.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 538. — Mas, *Notes*, iv, 105 (n.º clxi). — Aesbicher, *Études*, 87.

A. C. A., Cart., f. 262, n.º 810.

In nomine Domini. Ego Galinno et uxori me Emo, vinditores sumus vobis Odo, abba, cum monacis s. Cucuphati, emptores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus vobis terra nostra propria, qui michi avenit, a me Galindo, de comparacione, et a me Emo, per meum decimum; et est in comitatum Barch., in chastrum Rodanas, que vocant Erapruniano, in locum que dicunt ipsos Bezzarones; et affronta ipsa terra: de circi in terra de s. Maria de castrum Felix, et de oriente similiter, de meridie i[n] strada, et de occiduo in terra de Giribert. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic vindimus vobis ipsa terra, ab integrum, cum exios et regresios earum, in propter precium solidos vi in rem valentem, et nichil non remansit; est manifestum. Quem vero predicta terra de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate, ad proprio. Quod si nos vinditores, aut ullus homo, subposita persona, qui contra ista carta vindicione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat in duplo, cum suam inmelioracionem, et in antea ista vindicio firma permaneat modo vel omnique tempore.

Facta ista carta vindicio vi.º id. apr., a. i.º regnante Leudovio, rege, filium Leutario.

S+m Galinno; S+m Emo, qui ista vindicione fecimus et testes firmare rogavimus; S+m Baldomar; S+m Ermemir; S+m Guifredo.

Buigarane, presbitero, qui ista carta scripsit die et anno quod supra.

178. 986, mayo 3.

Gontevigia y otros hacen entrega al Monasterio de unas tierras que legó a San Cugat el difunto Suñer, sitas en el "Cañet", del término del castillo de Cervelló.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 531, 542. — Mas, *Notes*, iv, 105-6 (n.º clxii).

A. C. A., Cart., f. 222, n.º 689.

In nomine Domini. Ego Gontevigia, femina, et Gaudio, femina, et Felix, et Rodgario, donatores sumus ad domum s. Cucuphati martir. Manifestum est enim donamus ibidem terra quod nobis illi iussit dare qd. Suniari quando ad

extrema venit voluntate. Et est ipsa terra in comitatu Barch., in terminio de castrum Cervilione, in ipso Cannedo. Et afrontat ipsa terra: de oriente in ipso Cannedo, de meridie in terra de Ariulfo, de occiduo in terra de Ato, de cerci in terra de Ariulfo. Quantum istas afrontaciones includunt, sic donamus ad predictum domum, vel ad eius servientes, ad abere vel facere exinde quod voluerint, in Dei nomine, firmam abeant potestatem. Quod si nos donatores aut ullusque omo, qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus ipsa terra ad predictum domum, vel ad eius servientes, in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et ista donacio firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione v.° non. madii, a. 1.° quod obiit Leutarius, rex.

S+m Gontevigia; S+m Gaudiosa; S+m Felix; S+m Rodgario, qui ista donacione fecimus, et firmare rogavimus; S+m Bonusomo; S+m Gischafredo; S+m Ato.

℣ Auriolus, presbiter, hec scripsit et ss. die et anno quod supra.

179. 986, mayo 6.

Senior y sus hijos otorgan al Monasteric parte de un alodio sito en el Farrell de "Aqualonga".

REGESTA: Mas, *Taula*, 293; *Notes*, v, 134 (n.° dclxxx).

In nomine Domini. Ego Senior, femina, cum filiis suis, id est Adala, Stevano, Tudisclo. Manifestum est enim quia placuit nobis ut carta donacionis fecissemus, sicuti et facimus, ad domum s. Cucufati cenobi de aliquis de alode nostrum proprium, qui mihi avenit, ad me, Senior, de conparatione, et ad nos, infantes, de ienitore nostro; et est in comitatum Barch., in terminio de Aqualonga, in locum que dicunt ad ipso Farello. Et affrontat ipsa terra: de parte oriente in vinea de domum s. Cucufati, et de meridie in terra de Benedicto, et de occiduo in terra de Seseviga, femina, de parte circi in terra de Ferriol. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic donamus ipsa terra ad domum s. Cucufati cenobi, ab integrum, cum exios et regressios, in propter Deum et remedium anima de qd. Trasuero. Quem vero predicta terra de nostro iuro in potestatem tradimus de domum s. Cucufati, ad propium. Quod si nos donatores, aut ullus homo, qui contra ista carta donacionis ad inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, set in primis ira Dei incurrat, et in antea in duplo conponat. Et in antea ista carta donationis firmam permaneat modo vel omnique tempore.

Facta ista carta donationis II.° non. madi, a. 1.° regnante Leudovico, rege.

S+m Senior, femina; S+m Adala; S+m Stevano; S+m Tudisclo, qui ista carta donationis fecimus, et firmare rogavi; S+m Ferutio; S+m Ovasio; S+m Baldofredo.

Bulgarane, presbiter, qui ista carta scripsit, et ss. sub die et anno quod supra.

180. 986, mayo 14.

El presbítero Ennego, Engilberto y Bella venden al abad Odón unas propiedades del término de "Palacio Avuzid" por catorce sueldos.

REGESTA: MAS, *Taula*, 403; *Notes*, V, 134 (n.º DCLXXXI). — PERAY, *San Cugat*, 118.

A. C. A., Cart., f. 59 *v*, n.º 227.

In nomine Domini. Ego Enego, presbiter, et Engilbert, et Bella, femina, vinditores sumus tibi Odo, abba, et monachos de s. Cucuphati, emtores. Per hanc scriptura vinditionis nostre vindimus vobis casas nostras et solario cum solos et superpositos et ipsa curte et terra; qui est hec omnia in comitatum Barch., iuxta ipso Palatio Auzid. Et affrontat hec omnia: de parte occiduo in terra de me Ingilbert et Bella, nos vinditores, de aliasque partes affrontat in alaude de s. Cucuphati. Quantum infra istas affrontaciones includunt sic vindo vobis ego, Enego, presbiter, ipsa medietate et nos Ingilbert et Bella, alia medietate, cum exio et regressio earum, in propter precium solidos XIIII. Qui nobis avenit, ad me, Enego, presbiter, per comparacione et ad me, Ingilbert et Bella, de genitores nostros vel per quacumque voce; et de nostro iure in vestre tradimus dominio et potestate, ut quicquid exinde facere volueritis liberam, in Dei nomine, habeatis plenam potestatem. Quod si nos, vinditores, a[ut] ullusque homo, qui contra hanc vindicione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus vobis hec omnia in duplo, et in antea ista vinditio firma permaneat omnique tempore.

Facta vinditio pridie idus madii, a. I.º regnante Leudovico, rege.

Ss. Enego, presbiter, ss.; S+m Engilbert; S+m Bella, femina, nos ista vendicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ato; S+m Sennilla; S+m Auravul.

Giscafredus, qui ista vindicione scripsit ss. die et anno quod supra.

181. 986, mayo 25.

Senderedo y su esposa otorgan al Monasterio cierto terreno sito en Monistrol, en el término de Subirats.

REGESTA: MAS, *Notes*, V, 135 (n.º DCLXXXII).

A. C. A., Cart., f. 162, n.º 526.

In nomine Domini. Ego Senderedo et uxori mee Adalelde, donatores sumus domum s. Cucuphati *cenobii*. Manifestum enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus coqueagentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria expontanea nobis cum Deo elegit bona voluntas ut carta donacionis fecissemus ad domum s. Cucufati, sicuti et facimus; qui est fundatus in locum Octaviano. Donamus namque ibi de terra nostra propria, qui nobis advenit de comparacione vel per quacumque voce. Et est ipsa terra in chomitatum Barch., in terminio de Kastrum Subirads, in locum que dicunt Munistrol; et affrontad ipsa terra: de oriente in terra de domum s. Cucuphati, de meridie in alode de

Geribert vicescomite, de occiduo in flumine Annoia vel in terra s. Cucufati, de circi iuxta ipso rego s. Cucufati. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic donamus ipsa terra ad domum s. Cucufati, ab integrum, cum exios et regressios earum, propter Deum et remedium animas nostras. Quem vero predicta terra de nostro iuro in potestatem tradimus domum s. Cucufati, vel eius servientes. Quod si nos donatores, aut ullus omo, subposita persona, qui contra ista carta donacionis venerit ad inrumpendum, in primis iram Dei incurrat, et in antea in duplo componat cum suam inmelioracione. Et in antea [1] ista carta donacionis firmis et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista carta donacionis VIII.° kal. iunii, a. I.° regnante Leudovico, rege.

S+m Senderedo; S+m Adalelde, qui ista carta donacionis fecimus et testes firmare rogavimus; S+m Guimara; Ss. Bellus; Ss. Bulsarane.

Ss. Seniofredus, presbitero, qui ista carta scripsit et ss. sub die et anno quod supra.

1. *Sigue*: in duplo componat, *borrado con una línea.*

182. 986, junio 7.

Tudisclo (Gigo) permuta con el abad Odón una tierra sita en "Aqualonga" por otras que el Monasterio tenía en diferentes lugares.

REGESTA: MAS, *Taula*, 294; *Notes*, V, 135 (n.° DCLXXXIII). — PERAY, *San Cugat*, 118. A. C. A., Cart., f. 26, n.° 76.

In nomine Domini. Ego Tudisclo, que vocant Gigo, comutator sum vobis Odone, abba, et monacis s. Cucufati. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut inter nos comutacionem fecissemus, sicuti et facimus. Dono namque vobis in vestra comutacione terra mea propria quod habeo in comitatum Barch., in terminio de Aqualonga; qui mihi advenit per mea comparatione. Et affrontat: de oriente in terra s. Cucuphati et de Gudisclo, de meridie in terra de Gudisclo vel de Erovigio qd. qui fuit, de occiduo in ipso prado, vel in via qui pergit ad Canales, de circi in terra s. Cucuphati vel in via. Quantum in istas affrontaciones includunt omnia hoc vobis dono in vestra comutacione pro alias vestras terras qui sunt in duos locos quod vos mihi dedistis, sicut in mea resonat scriptura comutacionis quod vos mihi fecistis, et de meo iure in vestro trado dominio et potestate, ab omni integritate perhenniter habendi, vendendi, donandi, comutandi, ad faciendum exinde quod volueritis, liberam in Dei nomine, habeatis potestatem, cum exio et regressio suo, ad proprio. Quod si ego comutator, aut ullus homo, qui contra ista comutacione per inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam vobis {hec omnia} in duplo cum omni sua inmelioratione, et in antea ista comutacione firma et stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista comutacione VII.° idus iunii, a. I.° regnante Ludovico, rege.

S+m Tudisclo, que vocant Gigo, qui hanc comutacione feci et testes firmare rogavit; S+m Petro; S+m Wimara; S+m Wifredo.

S+m Gelmirus, presbiter, qui ista carta comutacionem scripsit et ss. cum istas litteras fusas vel superpositas, quod sunt in verso III vel in IIII, die et anno quod supra.

183. 986, junio 21.

Filmera hace entrega al Monasterio de dos mojadas de viña en el término de Lledó.

REGESTA: MAS, *Taula*, 293; *Notes*, IV, 106 (n.º CLXIII).

A. C. A., Cart., f. 25, n.º 70.

In nomine Domini. Ego Filmera, femina, donatrice sum ibi ad domum s. Cucufati martir cenobi. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut ego carta donationis fecissem de modiatas II de vineas qui sunt in duos locos, qui mihi advenit de ienitori meo: Et est hec omnia in comitatum Barch., in terminio de ipso Lodone. Et affrontat: de orentis in vinea qui fuit de Fridisclo, de meridie in vinea de Sesuga, femina, vel suos heres, de occiduo in vinea de Ermegodo, de circi in via. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic dono ad s. Cucufati cenobi, vel eius servientes modiatas II de vineas, ab integrum, cum exios vel regressios suos, a proprio; est manifestum. Quem vero predicta hec omnia, que ego dono, de meo iure hic trado. Quod si ego, donatrice, aut ullusque homo, qui ista donatione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componem tibi hec omnia in duplo cum sua inmelioratione; et ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta carta donatione XI.º kal. iulii, a. primo regnante Leudevico, rege, filium Leutarius, rex.

S+m Filmera, femina, qui ista donatione feci et firmare rogavi; S+m Berica; S+m Andraldus; Ss. Sendredus, ss.

S+m Savaricus, presbiter, scripsi, et ss. die et anno quod supra.

184. 986, agosto 18.

Fruyano, Pedro y Esteban otorgan a San Cugat una tierra situada en La Roca, procedente de la testamentaría de Pedró.

REGESTA: CARRERAS, *Lo Castell de la Roca*, 15 (la data del año 936). — MAS, *Notes*, V, 129 (n.º DCLXX) (la fecha en 1108).

A. C. A., Cart., f. 377 *v*, n.º 1094.

In nomine Domini. Ego Fruianus, presbiter, {et Petrus, presbiter,} et Stefanus, donatores sumus ad domum s. Cucuphati cenobii terra que nos tenemus per causa elemosinaria de qd. Petroni, vel per iuditium quod obligatum tenemus in nostras potestates in serie conditionis, ordinante iudice; et est in comitatu Barch., in Vallense, in terminio de ipsa Rocha vel de castro Morino. Et afrontat ipsa terra: de oriente in terra quod reliquit Petroni ad uxori

sua Aria, et de meridie in terra de filios Recemunde, de occiduo in ipsa strada, et de circi in rio que scurrit de gorgio Amrone. Quantum in istas IIII.or afrontaciones includunt, sic donamus ipsa terra ad titulum s. Cucuphati martir, et eius servientes propter Deum et remedium anime Petroni, qui est qd., ab integre, cum exio vel regresio suo. Quod si nos donatores, aut ullus omo fuerit qui contra hanc ista donatione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componam, aut componamus ipsa terra in duplo cum omne suam inmeliorationem, et in antea ista donacio firmis et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Facta donacione XV.° kal. sept., a. I.° regnant Leuduico, rex.

Ss. Fruilane, presbiter, qui hanc donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Dodado; S+m Ramio, que est literas doctus et non scit scribere; S+m Isila.

Ss. Fruilanus suprascriptus, presbiter, qui ista donacione feci et ss. et firmare rogavi et de anno quod supra.

185. 986, septiembre 30.

Argefredo vende al abad Odón, por cien sueldos, unas tierras situadas en cuatro lugares diferentes, más la porción que le correspondía en un molinar del Vallés desde "Palacio Avuzid" hasta el río Ripoll.

REGESTA: MAS, *Taula*, 333; *Notes*, IV, 106 (n.° CLXIV).

A. C. A., Cart., f. 54, n.° 196.

In nomine Domini. Ego Argefredus, vinditor sum tibi Odone, abba, simul cum fratres tuos monacos s. Cucuphati cenobii, emptores. Per hanc scripturam vinditione mea vindo vobis terras in IIII locos, et ipsa mea porcione in ipso molinare et in ipso rego et capud rego et subtus rego, quod habeo in comitato Barch., in Vallense, quantum habuerunt genitores mei de ipso Palacio Avuzido usque in flumine Riopullo, et quantum habuerunt de ipso alaude de Deilane usque ad ipsum alaude de Teudeberga, femina, et suos heres, cum illorum affrontaciones et cum ipsos arboribus et pomiferis, et cum exio et regressio earum, vindo vobis ab integrum, in precium solidos XX et nichils exinde apud vos, emtores, non remansit; est manifestum. Quem vero predicta hec omnia superius scripta, que vobis vindo, de meo iure in vestro trado dominio et potestate, ab omne integritatem, ad facere exinde omnia quodcumque volueritis, ad proprio. Et qui contra hanc ista vinditione venerit pro inrumpendum, aut ego ipse venero, non hoc valeat vindicare, sed componat aut ego componam vobis iam dicta hec omnia, sicut superius resonat, in duplo cum illorum inmelioracione, et ista vinditio firma permaneat omni tempore..

Facta vinditione II.° kal. oct., a. I.° regnante Leudovico, rege, filio Leutharío, rege.

S+m Argefredus, ego qui ista carta vindicione feci et firmare rogavi; S+m. Riculfus; S+m Leupardo.

S+m. Alaricus, presbiter et monacus, qui hanc vindicione scripsi et ss. die et anno quod supra.

186. 986, septiembre 30.

Fruila y Leopardo otorgan al Monasterio una tierra sita en La Roca, procedente de la testamentaría de Suñer.

REGESTA: Mas, *Notes*, v, 129 (n.° dclxxi), con la fecha de 1108.

A. C. A., Cart., f. 378, n.° 1095.

In nomine Domini. Ego Fruila, presbiter, et Leopardus, donatores sumus terra ad domum s. Cucuphati martir cenobii. Manifestum est enim quia plecuit animis nostris, et placet, ut cartam fecissemus, sicut et fecimus, de ipsa predicta terra qui nobis avenit per causa helemosinaria vel per iuditium quod obligatum tenemus in nostras potestates, in serie condicionis, ordina[n]te iudice<s>; et est in comitatu Barquinonense, in Vallense, in terminio de ipsa Rocha. Et afrontat: de orient in ipso rego, et de meridie in terra predicti s. Cucufati, et de occiduo inglutinat in rio Moderente, et de circi in terra de Senior. Quantum in istas IIII.^{or} afrontaciones includunt, sic donamus predicta terra ad titulum s. Cucuphati martir et ad eius servientes per Deum et remedium anime Suniarii, qui est qd. ab integre, cum exio vel regresio suo, ad omnia que facere volueritis. Quod si nos donatores, aut ullus omo fuerit, qui contra hanc ista donacione venerit pro inrumpendum, non oc valeat vindicare, set componam, aut componamus ipsa terra in duplo cum omne suam inmelioratione, et in antea abeat firmitatem.

Facta donacione II.° kal. oct., a. primo regnant Leuduico, rex.

S+m Leupardus; Ss. Fruila, presbiter supradictus, que ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ramio; S+m Vuielmus, qui nescuit scribere; S+m Bellus.

Ss. Fruila, presbiter, qui ista donacione feci et manu mea scripsi et ss. die et anno quod supra.

187. 986, octubre 25.

Dodorán da al Monasterio unas propiedades que poseía en Almafar, del término de Arampruñá.

REGESTA: Mas, *Notes*, v, 130 (n.° dclxxii).

A. C. A., Cart., f. 265, n.° 822.

In nomine Domini. Ego Dodorandus, donator sum domum s. Cucuphati. Manifestum est enim quia dono ad iam dicto domo terra et vinea, qui est in comitatu Barch., in termine de Rodanes, quo vocant Erapruniano, in locum que nucupant Almafar; et advenit mihi de comparacione vel per quacumque voce. Et afrontat ipsa terra aut vinea: de oriente in terra de Fredallo, de meridie in ipsa via, de occi. sive in terra de Miro, de occiduo in terra de Sunlo, femina, vel filiis suis, de circi in terra de Leopardo vel de Elperigo. Quantum in istas afrontaciones includunt, sic dono a prelibato domo omnem meam hereditatem ab integrum, cum exio vel regressios earum, in tale videlicet racione

ut in diebus meis teneam et possideam et exfructem eam et donare faciam ipsa tascha de ipsa terra et de ipsa vinea de mea ereditate et post obitum meum,remaneat ad domum s. Cucuphati. Quod si ego, donator, aut ullus homo qui contra ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam vobis ipsa hec omnia in duplo cum omnem suam inmelioracione, et in antea ista donacione firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione VIII.° kal. nov., a. I.° Lodovico, rege.

S+m Dodorandus, qui ista donacione feci et firmare rogavi; S+m Vuillirico; S+m Gualtero; S+m Bonefacio; S+m Vuilielmo.

S+m Lodovino, presbiter, qui ista vindicione scripsi et ss. die et anno quod supra.

188. 986, noviembre 5.

Testamento de Suniefredo, levita.

REGESTA: MILÁ, *Apuntes,* 516. — MAS, *Taula,* 592; *Notes,* V, 130 (n.° DCLXXIII).

A. C. A., Cart., f. 121, n.° 402.

In Christi nomine. Ego Suniefredus, levita, sana mente integroque concilio, cepi cogitore de misericordia Dei. Timeo ne subito veniat mihi repentina casu mortis mee, et ideo hunc testamentum de rebus meis fieri decrevi, ut quicquid in hoc testamentum fuerit subtus annixum firmis et stabilis permaneat modo vel omnique tempore. Et ideo iubeo atque discerno ut sint elemosinarii mei, id est, Senderedus, presbiter, et Endalecus, et Ermegodo, consanguinea mea, et Guifredus. Precipio vobis iam dictos elemosinarios meos, si in quacumque loco mors mihi advenerit antequam alium testamentum faciam, potestatem abeatis aprehendere omnem meum avere et dare pro anima mea. In primis concedo a domum s. Michaelis, que est situs in chastrum Olerdula, ipsos meos libros antifanario I et leccionario I et prosario I et passionario I. Et ad domum s. Crucis et s. Eulalie, concedo ibi ipsum meum alaudem quod abeo ad ipsa chalciata, ab integrum, quantum ibidem abeo vel ereditare debeo, per quacumque voce. Et concedo ibi ipsa mea vinea de ipsa Guardiola, et concedo ibi ipso meo vino de Barchinona, cum ipsas tonnas III et cubos II et cubello I et parilio I de portadoras, et cannada I et enapo I et escudella I. Et a domum s. Cucuphati martiri concedo ibi ipsos meos domos ubi ego residui, et ipsas cigas, qui de intus et de foris sunt, et ipso cingulo et ipsos ferragenales cum ipsos arboribus qui de subtus sunt. Et concedo ibi ipsum meum puteum cum ipso chasale et ipsa terra qui ibidem est. Et concedo ibi ipsas meas fichulneas cum ipsa terra, tam cultum quam eremum; et concedo ibi ipsa mea turre cum ipsos domos et omnem ipsum alaudem et ipso molino, et omnia quod ibi abeo, sicut insertum est in ipsa charta. Et concedo ibi ipsas meas vineas qui sunt ad ipsa Torta, et concedo illi tonnas II et cubos II et chavago I et exada I et portadora I et concedo ibi lurices II et pellicea mea nova. Et donare faciatis a Sendredus, presbiter, ipso meo pellicone novo, et ipso meo subrepelliceo et ipso meo breviario, et kaficios I de vino, pro missas, et donare faciatis a Centullo kaficios II de vino, et sextarios VI de ordeo. Et

donare faciatis a Bernado ipsa mea targa, et ipsa mea lancia, et ipsa mea spada, et ipso meo cestenno, et concedo ei ipsa terra que est ad ipsas chasas de Bellare, et concedo a Ssancio ipsa terra quod est iusta chasas de Senderedus, presbiter, et dardo I et targa I, et ipso cubo qui est a chasa de Abellunio; et concedo a Guisando kaficios I inter pane et vino. Et concedo a Lobeto, et ad sorore sua ipsa terra ad ipso chodalo usquequo in ipsa valle, cultum quam eremum. Et ipsum meum cavallum vindere eum faciatis cum freno et sella, et dare pro uno captivo; et ipsum meum argento spanescho dare faciatis in captivo, et inter oves et chapras donare faciatis centum pro uno captivo et vindere faciatis vachas III et tonna I et dare faciatis ipsum precium in sacerdotibus, pro anima mea. Et ad Ermegodo, femina, concedo et ± inter ± oves et chapras centum quatuor et parilio I de boves et alio de vachas cum suis apers, ± et concedo ei ipsum meum asinum, ± et concedo ei ipsa mea tonna maiore, ipso vino, et ipso fusto, et alia tonna quod est a chasa de Abellunio, et cubo I et chavagos II et exadas II et podadoras IIII. Et concedo illi ciga I plena de ordeo, quod abeo ad ipsa turre, et de ipso meo frumento ipsa medietate. Et aliut quod remanet vaschula maiora atque minora, omnia concedo illa, et de ipsos meos drapos ipsa medietate. Hec omnia illi concedo in tale videlicet racione, ut si vixerit cum Deo, sicut scriptum est in ipsa charta de s. Cucuphati, in diebus vite sue tenere et possidere faciat sine blandimentum de ulluque hominem, et post obitum suum omne remaneat a domum s. Cucufati martir, sive ad servientes eius. Et rogo vos, elemosinarii mei, ut omnes debitos meos persolvatis, et hoc quod remanet, tam ordium quam frumentum, sive omnem meum vinum vindere hoc faciatis, et dare ipsa precia ad bonis sacerdotibus in missas pro anima mea. Et anno veniente de ipsum meum panem et vinum ipsa medietate ad Ermegodo, femina, ut obnixe oret Deum pro anima mea, et alia medietate pro anima mea in missas ad monasteriis sive ad aliis ecclesiis ad bonis sacerdotibus. Rogo vos obnixe, elemosinarii mei, ut sic faciatis sicut supra est exaratum, et ego bene confido in vos, et sit Deus inter me et vos.

Facto testamento non. novem., a. primo regnante Leudevicho, rege.

S+m Suniefredus, levita, ss., et huc testamentum fecit et firmare rogavit; S+m Guifredus; S+m Endalecus; S+m Guisando; S+m Sancio.

S+m Senderedus, presbiter, qui hec scripsi; S+m Bernardus.

189. 986, noviembre 26.

Suñer y su esposa venden al abad Odón un viñedo del término de Magriñá.

REGESTA: MAS, *Taula*, 598; *Notes*, V, 130 (n.º DCLXXIV), con la fecha de 1108.—AESBICHER, *Études*, 105.—PERAY, *San Cugat*, 118.

A. C. A., Cart., f. 133, n.º 435.

In nomine Domini. Ego Suniario et uxor mea Argeleva, vinditores sumus tibi Odone, abba, emptore. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus tibi vinea nostra propia quod habemus in chomitatu Barch., in terminio de Olerdula, ubi dicunt Magrinna, quod mihi advenit, ad me Suniario, per pre-

charia que michi fecit Osanna, et ad me Argeleva, per meum decimum. Et affrontad: de parte circi in vinea s. Cucufati martir, de aquilonis in vinea de Guitard sive de Eroigio vel eres suos, de meridie et de occiduo in vinea s. Cucufati. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic vindimus vobis ipsa hec omnia, ab integre, cum exio vel regressio suo, in propter precium solidos XXXVII; et est manifestum. Quem vero predicta hec omnia, que vobis vendimus, de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestatem, ab omnem integritatem. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo, qui contra ista venerit pro inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindichare, sed componat, aut componamus tibi ista hec omnia in duplo cum sua inmelioracione, et in antea ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista vindicione VI.° kal. dec., a. primo regnante Leudevicho, rege.

S+m Suniario; S+m Argeleva, nos qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Elias; S+m Guilmundo; S+m Simplicio.

S+m Senderedus, presbiter, qui hec scripsi cum literas fusas in verso III.' ss. die et anno quo supra.

190. 986, diciembre 20.

El conde Borrell permuta con el Monasterio unos terrenos que poseía en Sales.

REGESTA: MAS, *Notes* VI, 192 (n.° MCCXXXVII), con la fecha de 954.

A. C. A., Cart., f. 260 *v*, n.° 801.

In nomine Domini. Ego Borrello, comite, comutator sum a s. Cucuphati martir Dei. Manifestum est enim quia comuto ei terra mea propria, quod michi advenit per parentum meorum; que est ipsa terra in comitatum Barch., in terminio de castrum Eraproniano, in locum quem dicunt Sales. Que affrontat ipsa terra: de orientis in terra de me comutator, de meridie in strada publica, de occiduo vineas de me comutator, de circi in terra de s. Cucuphati. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic comuto tibi ipsa terra a s. Cucuphati ad integrum, cum exio vel regressio suo; et est manifestum. Quem vero predicta terra, que ego comuto a domum s. Cucuphati, de meo iure in eius trado dominio et potestatem. Quod si ego comutator, aut ullusque omo, qui contra hanc ista comutacione venerit pro inrumpendum, non valeat vindicare, sed componat aut componam a domum s. Cucuphati ipsa terra in duplo cum omne suam inmelioracionem, et in antea ista comutacione firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione XIII.° kal. ian., a. [I.°] regnante Ledovico, rege.

✠ Borrello, comite, marchione, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Baron; S+m Amado; S+m Ennego.

Ss. Adrianus, presbiter, scripsit.

191. 986, diciembre 30.

Los herederos testamentarios de Benages hacen donación al Monasterio de una tierra situada en San Vicens dels Horts.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 540. — Mas, *Notes*, IV, 107 (n.° CLXVI).

A: Orig. A. C. A., monacales, perg. San Cugat, n.° 60.

B: Cartulario, f. 229 *v*, n.° 720.

In nomine Domini. Ego Meravilia et Vuiteza, et Tassio, et Bonusomo, donatores sunus ad domum || s. Cucufati martir, vel eius servientes. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, || ut aliquis de terra carta donacionis fecissemus, sicuti et facimus. Donamus || namque ipsa terra, quod emit de Emericus, propter Deum et remedium anima de || Beneages, qui fuit. Et est hec omnia in chomitatum Barch., in terminio de || s. Vincenti, ad ipsos ortos chometales, que nobis advenit de qd. Bene || ages, [qui fuit,] unde iudicium firmatum tenemus infra metus temporum. Et afron || tat: de orientis in terra de Suniario, vel suos eres, de meridie in terra de || Ariulfus vel suos eres, de occiduo in terra de Argila, vel suos eres, de circi || in flumine Lubergardo. Quantum infra istas afrontaciones includunt, sic || donamus ad domum s. Cucufati, vel eius servientes, cum exios vel regressios || suos, et non donamus in isto anno ipso obblado; est manifestum. Quem vero || predicta hec omnia, que nos donamus ad domum s. Cucufati martir || ista terra de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestatem. Quod || si nos donatores aut ullusque omo, qui ista donacione venerit ad in || rumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componamus hec omnia in duplo cum || sua inmelioratione, et ista donacio firma permaneat omnique tempo || re.

Facta carta donacione III.° kal. ianuar, a. I.° regnante Leudovico, rege, filium Leutarius, rex.

S+m Meravilia; S+m Vuiteza; S+m Tassio; S+m Bonusomo, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Talavensus; S+m Ansulfus; S+m Seniuldus.

℣ Savaricus, presbiter, scripsi et ss. cum litteras superpositas in verso VII.° die et anno quod supra.

192. 986, diciembre 30.

Goldregodo otorga al Monasterio una viña situala en el Mojo, que poseía por su marido y por sus hijos.

REGESTA: Mas, *Taula*, 292; *Notes*, IV, 106-7 (n.° CLXV).

A. C. A., Cart., f. 22, n.° 60.

In nomine Domini. Ego Goldegrodo, femina, donatrix sum ad domum s. Cucufatis cenobii. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullus coegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea mea hoc elegi cum Deo bona volumptas, ut a predictum domum carta donationis

fecissem de vinea mea propria, sicuti et facio. Et est ipsa vinea in comitato Barch., prope domum s. Cucuphati, ad ipso molione; advenit mihi de qd. viro meo nomine Viviano vel de filiis meis, sive per quacumque voce. Affrontat de omesque partes in alaude s. Cucuphati. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic dono a predictum domum ipsa medietate de ipsa vinea, simul cum ipsa voce de ipso plantario, ab integrum, et iure ibi trado, ut de odie in antea in potestate eius ecclesie permaneat, vel de eius servientes tam isti presentes quam alii succedentes; et qui contra ista donacione venerit pro inrumpendum, aut ego veni, non hoc valeat vindicare, et componat in duplo, et in antea ira Dei semper incurrat, et cum Iuda traditore participem efficiat in igne perpetuum, et ista donacio firma permaneat omni tempore.

Facta donacione III kal. ian., a. I regnante Ledoico, rege, filio Leutario, rege.

S+m Goldegrodo, ego qui ista donatione feci et firmare rogavi; S+m Amalrichus; S+m Gotmarus; S+m Fedisclus; S+m Vuadaldo, virum Goldregodo, qui conciens sum ista carta facere, et firmavi, et firmare rogavi; Ss. Baldofredus, presbiter, ss.; S+m Vivisadus, presbiter.

S+m Alaricus, presbiter, monacus, qui hanc donatione scripsit cum ipso nomine Leuthario rasum et emendatum, et ss. die et anno quod supra.

193. 987, enero 15.

Garsendis, llamada "Bonamocia", permuta con el abad Odón un molino y una viña que poseía en el Ripoll, en el término de "Palacio Auzito", por un alodio que el Monasterio tenía en Castellar de la Marca de Manresa.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 251. — MAS, *Taula*, 220; *Notes*, IV, 107-8 (n.º CLXVII).

A. C. A., Cart., f. 58, n.º 218.

In nomine Domini. Ego Garsindis, que vocant Bonamotia, comutatrix sum vobis Odo, abba, et fratres vestros monachos s. Cucuphati. Manifestum est enim quia comuto vobis alodem meum proprium, id est, terra cum molendinis et regos et caput regos, cum eorum aquis discursibus, et vinea, que ego habeo in comitato Barch., in Riopullo, in termine de Palatio Auzito, per alium vestrum alodem que vos habetis in ipsa marchia de Minorisa, in termine de Castellare. Advenit mihi predicta omnia, que vobis comuto, per genitores meos vel et per quacumque voce. Que affrontat ipsa terra cum ipsis molinariis et ipsos regos et capud regos cum eorum aquis discursibus: de oriente in vinea qui fuit de Eldomare, et in vinea et terra de Senior, femina, fratresque suos vel in alode qui fuit de Teudardo et in terra qui fuit de Arnarisclo, de meridie in terra s. Cucuphati, de occiduo in flumine iam dicto Riopullo, de circi in terra que fuit de Sesemundo; et ipsa vinea affrontat: de oriente in vinea de Sintila et de s. Cucuphati, de meridie similiter in vinea s. Cucuphati, de occiduo in vinea qui fuit de Venrello et de Bonus, de circi in terra de Gelsinda, femina, et suos heres. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comuto vobis predicta omnia, ab integre, propter ipsum vestrum alodem suprascriptum, et de meo iure in vestro trado dominio et potestate cenobiique vestro,

simul cum exiis et regresiis earum, a proprio, ut quicquid exinde agere vel facere volueritis, et vos presentes et successores vestros futuros licentia in omnibus habeatis quemadmodum et de aliis munificentiis domui predicti pertinentibus. Et si ego, comutatrix, aut ullusque homo, qui contra hanc comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat, aut componam vobis cenobiique vestro iam dicta omnia in quadruplum, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione x.°viii.° kal. feb., a. i.° regnante Ludovico, rege, filium Leutario, rege.

S+m Garsindis, que vocant Bonamotia, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Ennego; S+m Teudisclo; S+m Undisclo; S+m Uldrigo, qui et Bonutio.

☧ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

194. 987, enero 17.

Guadamir permuta con el abad Odón tres piezas de tierra que poseía en Castelldefels por unas casas con sus pertenencias que el Monasterio tenía en Sitjar.

REGESTA: Mas, *Notes*, iv, 108-9 (n.° clxviii).

A. C. A., Cart., f. *272 v*, n.° 840.

In nomine Domini. Ego Wadamirus, presbiter, comutator sum vobis Odone, gratia Dei abba, et fratres tuos monachos de s. Cucuphati martiris. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut nullus quoque coegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea hoc elegimus cum Deo bona voluntate, ut comutacione fecissemus inter nos, sicuti et fecimus. Dono namque vobis in vestra comutacione sortes iii de terra mea propria, qui michi advenit ipsas ii sortes per mea comparacione, et alia sorte advenit mihi per donacionem, quod michi fecit Savilo, femina, de suo luotuoso, unde iudicium abligatum teneo. Et sunt ipsas terras in comitatu Barch., in terminio de Erapruniano; ipsas ii sortes iuxta alaudem de s. Maria de Castrum Felix, et alia sorte in ipsa Sentice, iuxta orto de s. Maria. Qui affrontat: ipsa i sorte de orientis in terra de Adanagelle, de meridie in terra de Recosindo, de occiduo similiter, de circi in terra de Recosindo; et alia sorte affrontat: de orientis in terra de Adanagelle, de meridie in terra de Recosindo, de occiduo similiter, de circi in terra de Ermoviga, femina. Et alia sorte de ipsa Sentice affrontat: de orientis in ipso rio vel in orto de s. Maria, de meridie in ipsa via vel in terra de Ingilberto, de occiduo in terra de Ermenille, femina, de circi in ipso rio de ipsa Sentice. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic comuto vobis ipsas terras, ab integrum, propter ipsas casas cum suas pertinencias, quod vos michi dedistis in mea comutacione, qui sunt similiter in eius comitatu, vel in eius terminio ad ipso Ciiare. Et est manifestum. Quem vero predictas ipsas terras, que vobis comuto, de meo iure in vestro trado dominio et potestatem, cum exios vel regressios earum, a proprio. Quod si ego, comutator aut ullusque homo, qui ad ista comutacione venerit ad inrumpendum, non valeat vindicare, sed com-

ponat aut componam vobis ipsas terras in duplo cum omnes illorum inmelioraciones, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista comutacione x.°vi.° kal. feb., a. i.° regnante Leudovico rege, filio qd. Leutarii.

Ss. Wadamirus, presbiter, qui ista commutacione scribere iussi, et firmavi, et testes firmare rogavi. (*Siguen cuatro* S+m *con un espacio libre para el nombre.*)

Ss. Trasovarius, clericus, qui ista comutacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

195. 987, enero 26.

Ermela, Mirón y Erzón, por disposición del difunto Suniefredo, otorgan al Monasterio una mojada y media de viña sita en "Palacio Auzido".

REGESTA: Mas, *Taula*, 403; *Notes*, v, 131 (n.° dclxxv).

A. C. A., Cart. f. 61 *v*, n.° 230.

In nomine Domini. Ego, Ermelle, femina, et Mirone, et Eizone, donatores sumus ad domum s. Cucuphati. Manifestum est enim quia precepit nobis qd. Suniefredi ut cartam donacionis fecissemus, sicuti et facimus, de modiata una de vinea et semodiata qui nobis advenit per manumissoria de qd. Suniefredi infra metus temporum unde iudicium obligatum tenemus in nostra potestate asserie condicionis, ordinante iudice; et est in comitato Barch., in Vallense, in terminio Palacii Auzidi. Et affrontat modiata et semodiata de vinea: de orientis in ipso margine, de meridie in vinea de Marchutio sive de Gunsimirus, de occiduo in ipso margine sive in terra de Anna, de circi in vinea de Guinsimirus. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic donamus ad domum s. Cucuphati zonobii vel ad eius servientes totum ab integre cum exiis et regressiis earum, a proprio, et de nostro iure tradimus in potestate de domum s. Cucuphati zenobii. Quod si nos, donatores, aut ullusque homo qui ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat ista hec omnia in duplo et in vinculo cum sua inmelioracione. Et in antea ista donacione firmis et stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Facta donacione vii.° kal. feb., a. i.° regnante Leudovico, rege.

S+m Ermelle; S+m Mirone; S+m Eizone, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Bradila; S+m Altimirus; S+m Sesofredus.

Ss. Audesindus, presbiter, qui in ista scriptura conscio sum propter Deum et remedium anime de Suniefredi qd., et pro relaxanda pecata, scripsit et ss. die et anno quod supra.

196. 987, febrero 6.

Baldomar y su esposa venden al abad Odón, por quince sueldos, la tierra que poseían en Arampruñá.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 109 (n.º CLXIX).

A. C. A., Cart., f. 263, n.º 813.

In nomine Domini. Ego Baldomar et uxor mea Venrella, femina, vinditores sumus vobis Odone, gratia Dei abba, et fratres suos monachos de s. Cucuphati, emptore. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus vobis terra nostra propria, qui nobis advenit, ad me Baldomar, per voce parentorum, et a me Venrela, per meum decimum, vel per quacumque voce. Et est ipsa terra in comitatu Barch., in terminio de Erapruniano; qui affrontat: de orientis in terra de Domenico, de meridie in via, de occiduo in terra de s. Maria, de circi usque in ipsa serra. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic vindimus vobis ipsa terra, ab integrum, in propter precium sol. XV, et nichil exinde non remansit; est manifestum. Quem vero predicta ipsa terra, que vobis vindimus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem, cum exio vel regresio suo, a proprio. Quod nos vinditores aut ullusque omo, qui ad ista vindicione venerit ad inrumpendum, aut nos venerimus, non valeat vindicare, sed componat aut componamus vobis ipsa terra in duplo, cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista vindicione VIII.º id. febr., a. I.º regnante Leudovico rege, filio qd. Leutarii.

S+m Baldomar; S+m Venrella, qui ista vinticione fecimus et firmare rogavimus; S+m Vivas; S+m Bonus; S+m Altemiro.

S+m Trasovarius, clericus, qui ista vindicione scripsi et ss. die et anno quod supra.

197. 987, febrero 9.

Los testamentarios del difunto Oliva hacen donación al monasterio de San Cugat de la mitad de un alodio sito en Llinars y en Malvedo, exceptuando la mitad de una pieza de tierra.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 109 (n.º CLXX).

A. C. A., Cart., f. 340, n.º 995.

In nomine Domini. Girbertus, archilevita, et Adroario et Gifredo, filio Exal, et Eldesindo, nos qui sumus elemosinarii de qd. Olibani. Manifestum est enim quia precepit nobis iam dicto Olibane, ut scriptura donacionis fecissemus ad domum s. Cucufati cenobii Barch. de suum alode, sicuti et facimus, quod ille abebat in comitatu Barch., in termino que vocant Linares, vel in sursus, vel in Malvedo, de ipso alode ipsa medietate ad ipsa iam dicta ecclesia, id est, casas, curtes, ortos, terras et vineas, cultum et eremum, omnia et in omnibus, exceptus una medietate de fexa una de terra sic donamus predicti elemosinarii hec

superius scripta omnia ad iam dicta ecclesia de iam dictum alaudem ipsa medietate, totum ab integrum, cum exios vel regressios earum, cum illorum afrontaciones sicut nos iuratum et probatum abemus a serie conditionis, sicut lex gotorum contienet. Quod si nos donatores, aut hullusque homo qui contra hanc ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat ista omnia in duplo superius scripta ad iam dicta ecclesia cum sua inmelioratione, et insuper veniat ad eum malediccio Davitica, et absorveat eos terra, sicut absorbuit Datan et Abiron, et cum Iuda Scariot participationem abeat, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista scriptura v.° id. febr., a. i.° regnante Ludivici rege, filio qd. Leutario.

S+m Adroario; S+m Gifredo, filio Exal; S+m Eldesindo, elemosinarii qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; Ss. Vuibertus, archilevita, elemosinario.

Ss. Vuifredus, presbiter, qui ista scriptura donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

198. 987, febrero 10.

Ranemiro y su esposa venden al abad Odón, por doce sueldos, una tierra sita en Arampruñá.

REGESTA: Mas, *Notes*, iv, 110 (n.° clxxi).

A. C. A., Cart., f. 263, n.° 812.

In nomine Domini. Ego Ranemiro et uxori mea Ranoujia, vinditores sumus vobis Odo, gratia Dei abba, et fratres tuos monachos de s. Cucuphatis martiris, emtores. Per hanc scriptura vindicionis nostre vindimus vobis terra nostra propria, qui nobis advenit per comparacione vel per quacumque voce. Et est ipsa terra in comitatu Barch., in terminio de Erapruniano; qui affrontat: de orientis in terra de s. Maria, vel in via, de meridie et de occiduo et de circi in terra similiter de s. Maria. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic vindimus vobis ipsum, ab integrum, in propter precium sol. xii, et nichil exinde nobis remansit, est manifestum. Quem vero dicta ipsa terra, quem vobis vindimus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo, qui ad ista vindicione venerit ad inrumpendum, non valeat vindicare, sed componat, aut componamus vobis ipsa terra in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista vindicione iiii.° id. feb., a. i.° regnante Leudovico rege, filio qd. Leutarii.

S+m Ranemiro; S+m Ranoujia, qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Serve Dei; S+m Auriolus; S+m Onorado.

Ss. Wadamirus, presbiter, qui ista vindicione scripsi et ss. die et anno quod supra.

199. 987, febrero 10.

Juan y su esposa venden al abad Odón cierta extensión de terreno situado en Arampruñá, por diez sueldos.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 581. — Mas, *Notes*, IV, 110 (n.º CLXXII).

A. C. A., Cart., f. 262, n.º 807.

In nomine Domini. Ego Ioanne et uxor mea Chillio, vinditores sumus tibi Odo, gratia Dei abba, et fratres tuos monachos de s. Cucuphati martiris, emptores. Per hanc scripturam vindicionis nostris vindimus vobis terra nostra propria, culta et erma, qui nobis advenit a me Ioanne per donacione quod michi fecit seniori meo, et a me Chillio per meum decimum; qui est ipsa terra in comitatu Barch., in terminio de Erapruniano; qui affrontat: de parte orientis in terra de s. Maria, de meridie in ipsa marina, de occiduo in terra de Recosinda,femina, vel suos eres. Quantum istas affrontaciones includunt sic vindimus vobis de ipsa terra, culta vel erma, nostra hereditate quod ibi abemus, ab integrum, in propter precium solidos x de nichil exinde non remansit, est manifestum. Quem vero predicta ipsa terra que vobis vindimus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si nos vinditores aut ullusque homo, qui ad ista vindicione venerit ad inrumpendum, non valeat vindicare, sed componat, aut componamus vobis ipsa terra in duplo, cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista vindicione IIII.° id. febr., a. I.° regnante Leudovico rege, filio qd. Leutarii.

S+m Ioanne, cui litteras docuit, scribere non novit; S+m Chillio, qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Vivas; S+m Serve Dei; S+m Raniefredo.

Ss. Wadamirus, presbiter, qui ista vindicione scripsi et ss. die et anno quod supra.

200. 987, febrero 11.

Domingo y su esposa venden al abad Odón, por ocho sueldos, un terreno que poseían en Arampruñá.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 110-111 (n.º CLXXIII).

A. C. A., Cart., f. 262, n.º 809.

In nomine Domini. Ego Domenico et uxor mea Eldovaria, vinditores sumus vobis Odo, gratia Dei abba, et fratres tuos monachos de s. Cucuphati martiris cenobii, emptores. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus vobis terra nostra propria, qui nobis advenit, ad me Domenico, per genitores meos et a meo Eldovaria, per decimum; et est ipsa terra in comitatu Barch., in terminio de Erapruniano, qui affrontat: de orientis in terra de s. Maria, de meridie in via, de occiduo in terra de s. Maria, de circi usque in ipsa serra. Quantum in

istas afrontaciones includunt, sic vindimus vobis ipsa terra, ab integrum, in propter precium solidos VIII, et nichil exinde non remansit, est manifestum. Quem vero predicta ipsa terra que vobis vindimus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo, qui ad ista vindicione venerit ad inrumpendum, non valeat vindicare, sed componat aut componamus vobis ipsa terra in duplo, cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista vindicione III.° id. feb., a. I.° regnante Leudovico rege, filio qd. Leutarii.

S+m Domenico; S+m Eldovara, qui ista vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Auriolus; S+m Vivas; S+m Onorado.

Ss. Wadamirus, presbiter, qui ista vindicione scripsi et ss. die et anno quod supra.

201. 987, febrero 15.

Odón, abad, permuta con el conde Borrell una casa con el terreno anejo sito en Arampruñá por cierto terreno que limitaba con el alodio que el Monasterio poseía en dicho lugar.

REGESTA: MAS, *Notes*, IV, III (n.° CLXXIV).

A. C. A., Cart., f. 260, n.° 800.

In nomine Domini. Ego Odo, gratia Domini abba, et fratres meos monachos de s. Cucuphati martiris cenobii, comutatores sumus vobis domno Borello, gratia Dei commes et marchio. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, ut nullus quoquecoegentis imperio, nec suadentis ingenio, sed propria et expontanea hoc elegimus cum Deo bona volumptate, ut commutacionem fecissemus inter nos, sicuti et facimus. Donamus namque tibi in tua commutacione casa cum solo et superposito et parietes, et ferragenales, cum arboribus qui ibidem sunt, tam de una parte de ipso torrente, quam de alia parte; qui nobis advenit hec omnia per voce de iam dicto domo. Et est ipsa hec omnia in comitatu Barch., in terminio de Erapruniano. Qui affrontat hec omnia; de orientis in terra de Aludia, femina, vel suos heres, de meridie in terra de te comutatore, de occiduo in via, de circi in terra de te comutatore. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic comutamus tibi ipsa hec omnia, ab integrum, propter ipsa terra quod tu nobis dedisti in nostra comutacione, qui est similiter in eius commitatu vel in eius terminio, iuxta alaude s. Cucuphati; et est manifestum. Quem vero predicta ipsa hec omnia que tibi comutamus, de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si nos comutatores, aut ullusque homo, qui ad ista comutacione venerit ad inrumpendum, non valeat vindicare, sed componat, aut componamus tibi ipsa hec omnia in duplo, cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista comutacione x.°v.° kal. marcii, a. II.° regnante Leudevico rege, filio condam Leutarii.

℣ Odo, gratia Domini abba cenobii s. Cucufati; ℣ Ferriolus, presbiter et monachus; ℣ Altemirus, presbiter et monacus; S+m Wiscafredus, presbiter et monachus, ss.; ℣ Runila, clericus et monacus; S+m Wadamir, clericus et monacus; Ss. Ioannes, clericus et monacus; ℣ Arnulfus, et clericus et monacus, ss.

Ss. WADAMIRUS, presbiter, qui ista comutacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

202. 987, febrero 26.

Fruya hace donación al Monasterio de dos trozos de viñedo que poseía en Arampruñá, como restitución.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 581. — MAS, *Notes*, IV, 112 (n.° CLXXV).

A. C. A., Cart., f. 261, n.° 804.

In nomine Domini. Ego Fruia, donator sum ad domum s. Cucuphati martiris cenobii. Manifestum est enim quia dono ad eius domo vinea mea propria, qui michi advenit per genitores meos. Et est ipsa vinea in comitatu Barch., in terminio de Erapruniano, id est, modiatas II. Qui affrontat: de orientis in vinea de Bonofilio, de meridie in terra de Sesegudo, de occiduo in terra de me donatore vel in vinea de Fraula, de circi in vinea de Manla vel suos eres. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic dono ipsa vinea ad eius domo modiatas II, ab integrum, propter ipsa emendacionem quod ego facio coram Deo et iam dicto domo s. Cucuphati martiris quia eram in sua obediencia in Kastrum Felix, et furavi suo vino de ecclesia s. Petri apostoli, et non abeo alium quod emendare possum ad eius domo, et sic emendo ibi ipsas modiatas II de vinea, et est manifestum. Quem vero predicta ipsa vinea que ibi dono, de meo iure in eius trado dominio et potestatem, cum exio vel regressio suo, a proprio. Quod si ego donator, aut ullusque homo, qui ad ista donacione venerit ad inrumpendum, non valeat vindicare, sed componat, aut componam ipsa vinea ad eius domo in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista donacione VII.° kal. apr., a. II.° regnante Leudovico rege, filio qd. Leutarii.

FRUGA ss., qui ista donacione feci et firmare rogavi; S+m Helias, qui litteras docuit, scribere non novit; S+m Vivas; S+m Teuderico.

Ss. WADAMIRUS, presbiter, qui ista donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

203. 987, marzo 10.

Oldavara vende al abad Odón tres mojadas de tierra y un majuelo sitos en el Güell, cerca de San Cugat.

REGESTA: Mas, *Taula*, 323; *Notes*, v, 137 (n.° dclxxxvi). — Peray, *San Cugat*, 118.

A. C. A., Cart., f. 42 *v*, n.° 141.

In nomine Domini. Ego Oldavara, femina, vinditrice sum Odo, gratia Dei Abba, emtore. Per hanc scriptura vinditionis mee vindo tibi modiatas III de terra cum ipso maliolo meum proprium, quod habeo in comitatum Barch., in locum que dicunt ad ipso Guadello, prope s. Cucuphati, qui mihi advenit de genitores meos. Que affrontat ipsa terra de parte circii in terra de s. Cucuphati, et de aquilonis in ipsa via sive in ipso maliolo de Guitiza, et de meridie in terra de Iohannes, et de occiduo in terra de s. Cucuphati. Quantum istas affrontaciones includunt sic vindo tibi ipsa terra vel ipso maliolo, quantum ibi habeo vel hereditare debeo per quacumque voce, ab integrum, cum exios et regressios earum ad proprium, in propter precium solidos quadraginta v.°, quod manibus meis accepi, et est manifestum. Quem vero predicta hec omnia que tibi vindo, de meo iure in tuam trado dominio potestatem ad faciendum quod volueris. Quod si ego, vinditrice, aut ullusque homo, qui contra hanc vinditione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam tibi ipsa hec omnia in duplo cum omni sua inmelioratione, et ista vinditio firmis permaneat omnique tempore.

Facta vinditione VI.° idus marcii, a. II.° regnante Leudovico, rege.

S+m Oldovara, femina, qui hanc vindicione fecit et firmare rogavi; S+m Guilievonso; S+m Guintila; S+m Bellarono.

℣ Senderedus, presbiter, scripsit et ss. die et anno quod supra.

204. 987, marzo 10.

Guillevonso y sus hijos entregan al Monasterio una tierra que poseían en "Pouets" de Sardañola.

REGESTA: Mas, *Taula*, 301; *Notes*, v, 137 (n.° dclxxxvii).

A. C. A., Cart., f. 36, n.° 114.

In nomine Domini. Ego, Uvilievonsus, et filios meos, id est, Adroario, et Ollemarus, et Suniarius, et Ella, femina, et Truitelle, femina, donatores sumus ad domum s. Cucufati cenobii qui est fundatus in comitato Barch., in locum que dicunt Octaviano. Manifestum est enim quia placuit animis nostris, et placet, nullius quoagentis imperio nec suadentis ingenio, set propria expontanea hoc elegit cum Deo bona voluntas ut carta donatione fecissemus ad domum s. Cucuphati sicuti et facimus. Donamus nanque ibidem terra nostra propria qui est in comitato Barchinona, in terminio Cerdaniola, in locum que dicunt Puteolos. Et affrontat de oriente in terra de Quiso vel heres, de meridie in terra qui fuit de Guirso vel suos eres, de occiduo in terra de Ermedio,

de circi in ipsa strada. Quantum infra istas IIII affrontaciones includunt, sic donamus a domum s. Cucuphati ipsa terra, ab integrum; qui mihi advenit, ad me, Guilievonsus, per comparatione sive per donatione vel per quacumque voce, et ad nos, infantes, per genitrice nostra, cum exios et regressios suos a proprio. Quod si nos, donatores, aut ullusque homo, ista donatione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus a supradicti domo ipsa terra in duplo cum sua inmelioratione, et in antea ista donatione firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione VI.° idus marcii, a. II.° regnante Leudovico, rege.

S+m Guilievonsus; S+m Adroario; S+m Eldemarus; S+m Suniarius; S+m Ello, femina, nos qui ista donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Truitelle, femina; S+m Guifredus; S+m Ermemir; ✠ Baldomar, ss.

S+m Suniefredus, presbiter, qui ista donatione scripsi cum litteras emendatas vel superpositas et ss. die et anno quod supra.

205. 987, abril 28.

Tresigonza vende al abad Odón un alodio sito en el río Güell.

REGESTA: MAS, *Taula*, 303; *Notes*, V, 137-8 (n.° DCLXXXVIII).

A. C. A., Cart., f. 38, n.° 123.

In nomine Domini. Ego Tresigontia, vinditores sumus Odo, gratia Dei abba, et monacis s. Cucuphati, emtores. Per hac scriptura vinditionis mee vindoque vobis in ipso alaude quod habuit cum viro meo, nomine Ermenisclo, omnem meam partem, id est, in casis, in curtis, in terra, in vineis, in arboribus, que est hec omnia in comitatum Barch., in locum prope s. Cucuphati ad ipso Guadel; et advenit mihi hec omnia per meum decimum et per comparatione vel per quacumque voce. Hec omnia superius scripta vindo vobis cum illorum affrontaciones, et cum exios vel regressios earum. Quantum superius resonat vel affrontaciones includunt, sic vindo vobis in propter precium solidos X quod vos emtores mihi dedistis et ego vinditrice manibus recepi, est manifestum, et de meo iure in vestro trado dominio et potestatem ab[1] omne integritatem ad proprio. Quod si ego vinditrice, aut ulloque omo, qui contra hanc vinditione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam vobis hec omnia in duplo cum sua inmelioratione, et in antea ista vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicio IIII.° kal. madii, a. II.° regnante Leudovico, rege.

S+m Trasgoncia, ego qui ista vinditione fecit et firmare rogavit; S+m Wimaru; S+m Marcutius; S+m Trasuad.

✠ Wiscafredus, presbiter {et monachus}, qui ista vinditione scripsit et sub ss. die et anno quod supra.

1. *Corregido sobre* ad.

206. 987, junio 28.

Marrazino permuta con Odón unas propiedades que compró a Ermengarda junto a "Mischitelas" por terrenos sitos en Castell Morí, en el Vallés.

REGESTA: CARRERAS, *Notas hist. Sarriá*, 26; *Lo Castell de la Roca*, 13. — MAS, *Taula*, 293; *Notes*, IV, 112-3 (n.° CLXXVI).

A.C.A., Cart., f. 25, n.° 71.

In nomine Domini. Ego Marrazino, comutator sum tibi Odo, abba, et fratres tuos, monacos, tecum famulantes in cenobio s. Cucufati. Manifestum est enim quia comuto vobis terras et vinea domos et curtes, solos et superpositos et verdegario qui mihi advenit per cartam emptionis quod mihi fecit Ermengarda, femina, seu et per quacumque voce, et est hec omnia in comitato Barch., in terminio de Aqualonga, iuxta ipsas Mischitellas. Que affrontat ipsa una terra et vinea cum casas et curtes, cum solos et superpositos, cum uno verdegario: de oriente in terra de Seniofredo, presbitero, et in terra de s. Cucufati, vel in via, et in terra de Nifridio, et in terra de s. Cucufati predicti, de meridie in terra qui fuit de Filmera, vel in terra de Barcilona, femina, heresque suos, et in terra de iam dicto s. Cucufati et de Eigofredo, de occiduo in ipso margine et in terra de iam dicto Eigofredo, vel et de Filitia, qd.,femina, heresque suos, de circi in terra de supradicti Filicia, heresque suos, et in terra de s. Cucufati vel in via, et in terra de Seniofredo presbitero; et alia pecia de terra affrontat de orientis, in ipso aquaducto qui temporabiter exinde discurrit, de meridie in terra de Stephano, de occiduo in terra de Seniofredo presbitero, de circi in terra de s. Cucufati cenobio. Quantum istas affrontaciones includunt sic comuto vobis ipsa hec omnia superius scripta ab integre, propter alia vestra terra et vinea et arboribus cum verdegario, et domibus, que vos habetis in Vallense, ad Castulo Morino. Et ita de meo iure in vestro trado dominio et potestate, ad proprium, simul cum exiis et regressiis earum, ut quicquid exinde facere vel iudicare volueritis, libera, in Dei nomine, habeatis plenissimam potestatem. Quod si ego comutator, aut ullusque homo, qui contra hanc comutacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat aut componam vobis ista omnia predicta in duplo, cum omnem suam inmeliorationem, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione IIII kal. iulii, a. II regnante Ludoyci, rege, filium Leuthario, rex.

S+m Marrazino, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Petro S+m Giscafredo; S+m Cixila; S+m Seniofredus, presbiter, ss.

℣ BONUSHOMO, levita, scripsi et ss. cum litteras emendatas in duos locos, die et anno quod supra.

207. 987, julio 22.

Eldovaria da al Monasterio una propiedad que poseía en el término de Llanera.

REGESTA: Mas, *Notes*, v, 138 (n.° dclxxxix).

A. C. A., Cart., f. 263 *v*, n.° 815.

In Dei nomine. Ego Eldovaria, femina, donatrice sum tibi domum s. Cucuphati cenobi. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut ego tibi charta donacionis fecissem de aliquis de alodem meum proprium, sicuti et facio. Dono namque tibi ipsa mea hereditate in ipsas terras, cultas vel ermas, simul cum ipso prado, simul cum ipsas meas hereditates quod abeo in ipsos stannios ubi dicit Lanera, cum aquis et cum omnes atinencias, quod michi advenit de ienitori meo vel per quacumque voce. Et est hec omnia in chomitatum Barchinona in apendicio Lubergado, in terminio Lanera, sic dono tibi cum illorum afrontaciones quales abere debent per quacumque voce, cum exios vel regressios suos, a proprio; est manifestum. Quem vero predicta hec omnia, que tibi dono, de meo iure in tuo trado dominio et potestatem, ab omnem integritatem. Quod si ego donatrice aut ullusque omo qui ista donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindichare, sed componam aut componan hec omnia in duplo cum sua inmelioracione, et ista donacio firma permaneat omnique témpore.

Facta donacione xi.° kal. aug., a. secundo regnante Leudovico, rege.

S+m Eldoara, qui ista donacione feci et firmare rogavi; S+m Adroario; S+m Bunucio; S+m Ansulfus.

⁂ Savaricus, presbiter, scripsi et ss. die et anno quod supra.

208. 987, julio 29.

Ato, hijo de Eldemaris, permuta con el abad Odón unos alodios que poseía en Sardañola, por otro sito en Barberá.

REGESTA: Mas, *Taula*, 289-90; *Notes*, iv, 113-14 (n.° clxxvii).—Aesbicher, *Études*, 67.

A. C. A., Cart., f. 33, n.° 103.

In nomine Domini. Ego Ato, filium Eldemaris, qd., comutator sum vobis domno Odo, abba, et fratres vestros monachos. Manifestum est enim quia sic convenit inter nos ut comutaciones nobis in invicem fecissemus sicuti et facimus. Ideo comuto vobis alodes meos proprios quod habeo in comitato Barch., in terminio de Cerdaniola, per alium vestrum alodem et possessionem que vos habe[tis] in Barbaranio vel in eius termines. Advenerunt mihi, ad me iam dicto Ato, ipsos alodes per genitores meos vel et per quacumque voce. Que affrontat ipsa una terra cum vinea que est in loco vocitato Fonte Acculione, de circi et de meridie, in terra de s. Cucuphati, de aquilonis in via, de occiduo in ipso prato; et item ibidem affrontat alia terra que fuit de Poncio et de Claudico, de circi et de meridie in terra de s. Cucuphati, de aquilonis in terra qui fuit de Margarita filioque suo Oliba, de occiduo in via; et alia peciola de

terra et ipsa vinea herema qui fuit de Poncio, affrontat de aquilonis in terra que fuit de Gomesindo et de Senior, femina, vel de s. Cucuphati, de meridie in vinea iam dicti s. Cucuphati et in vinea que fuit de Vivas vel suos heredes, de occiduo in vinea et terra s. Cucuphati et in vinea de iam dicto Vivas, de circi in terra que fuit de Uurso vel suos heres. Et alia terra que est ad ipsos gorgos cum ipso vineale affrontat de aquilonis in ipso riunculo qui discurrit de ipsos gorgos, de meridie in ipso vineale de iam dicto s. Cucuphati, de occiduo in terra que fuit de Iachinta, femina, de circi in terra de Ildra vel de Ichila. Et alia terra qui est ad locum nominatum Saltellos affrontat de circi in terra de Marcutio et de Durabile, de aquilonis in terra de Durabile et de Lobeta filiosque suos, de meridie in terra de iam dicta Lobeta et filios suos vel in Rio Sicco, de occiduo similiter in Rio Sicco. Quantum istas affrontaciones includunt superius comprehensas, et isti termini ambiunt, sic comuto vobis ista omnia iam superius terminata, ab integre, simul cum exios et regressios suos, pro alias vestras terras supra meminitas, et de meo iure in vestro trado dominio et potestate ad vestrum proprium, ut quicquid exinde facere vel vidicare volueritis, et vos et successores vestros, plenissimam in Dei nomine habeatis potestatem, et modo et in succedenti tempore. Quod si ego, comutator, aut ullusque homo, qui contra hanc comutacionem venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat aut componam vobis predicta omnia in duplo, cum omnem suam inmeliorationem, et in antea ista comutacione firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione IIII.° kal. augustas, anno quod obiit Ludoico, rege, filium Leuthario, rex.

S+m Ato, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Gondemarus, gratia [Dei] ac si indignus episcopus sancte sedis Gerundensis ecclesie, ✠; S+m Sendredus, presbiter, ss.; Sonifredus, presbiter, ss.; S+m Erovigio, ss.; S+m Unifredo; S+m Lobaton; Ss. Bellus, ss.; S+m Iocefredo.

✠ Bonushomo, levita, scripsi et ss. cum litteras rasas in verso III.° die et anno quod supra.

209. 987, agosto 27.

Auriosa y Elías venden, por doce sueldos, al abad Odón, una viña que poseían en Sardañola.

REGESTA: Mas, *Taula*, 301-2; *Notes*, V, 135-6 (n.° DCLXXXIV).

A. C. A., Cart., f. 36, n.° 115.

In nomine Domini. Ego Auriosa, femina, et Elias, vinditore sumus tibi Odo, aba, emtor. Per hanc scriptura vinditionis nostre vindimus tibi vinea nostra propria qui nobis advenit per ienitores nostros, qd. qui sunt; et est ipsa vinea in comitatum Barch., in terminio de Cerdaniola. Et affrontat ipsa vinea: de oriente in terra de Albaro, et de meridie in terra de Salomone, et de occiduo in vinea de s. Cucuphati, et de circio in terra de Moia. Quantum infra istas omnes affrontaciones includunt, sic vindimus tibi ipsa vinea ab omni integritate, cum exio et regressio suo, in propter precium solidos XII,

quod tu emtor nobis dedisti, et nos vinditores de presentem manibus nostris recepimus, et nichil de ipso precio aput te emtore non remansit, est manifestum. Quem vero predicta ista vinditio, sicut superius resonat, de nostro iure in tuo tradimus dominio ad potestate ad omnia quecumque volueris facere. Quod si nos, vinditores, aut ullusque homo, qui contra hanc ista vinditione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus tibi ipsa vinea in duplo cum omnem suam inmelioratione, et in antea ista vinditio firmis stabilis permaneat modo vel omnique tempore.

Facta carta vindicionis VI.° kal. setembris, anno II.° regnante Leudovico, rex.

S+m Auriosa; S+m Elias, qui ista vinditione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ramio; S+m Gotmar; S+m Guadamiro.

S+m Freiricus, et scripsit et ss. die et anno quod supra.

210. 987, octubre 28.

Barón (Marcucio), albacea testamentario de Seniofredo, hace donación a San Cugat de tres alodios sitos en Arafial, junto al río Major, y en Tapioles.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 124. — Mas, *Notes*, VI, 194 (n.° MCCXL).

A. C. A., Cart., f. 344, n.° 985.

In nomine Domini. Ego Barone, qui et vocor Marcutio, donator sum domum s. Cucufati cenobio qui est situs in comitatum Barch., in locum quem dicunt Octaviano. Manifestum est enim quia precepit mihi qd. Seniofredi per suum verbum et suum sermonem quando ad extremam venit voluntatem, unde ego iuditium obligatum teneo infra metas temporum, ordinante iudice, editus, ut cartam donacionis fecissem ad cenobium iam dictum de suos alodes quod ille habebat in tres locos in comitato supra inserto, in loco quem dicunt termine Daraphial, in accessu de Riomaiore, vel de Tapiolas, sicuti et facio. Ideo dono ei ipsos alodes: primum alodem affrontat: de oriente in predicta aqua vel discursu de Riomaiore, et de meridie aragalios duos qui procedunt de Montem Chatanello, et discurrit unus tempore pluvie usque in aqua de iam dicto Rio maiore et alius discurrit usque in arena de Tapiolas et pertingitur ista affrontacione usque in aragalio de Decollatum, de occiduo affrontat in predicto aragallio de Decollatum et sic vadit per ipsum pontulum et, recta linea, pertingitur usque in ipsa via, qui per summitatem de ipsis montibus et collibus vadit et per[va]dit ubique, de circi affrontat in iam dicta via et in terra de Sintila et de Sendredo vel heres suos, filios qui fuerunt de qd. Luiulo. Et alio alode affrontat de horiente in Aquaria antiqua vel in ipsa via, qui super ipsa Aquaria pergit vel in terra de Chixilo filiam Sanlani qd., de meridie affrontat in terra de iam dicta de Chixilo vel in terra de Recosindo heresque suos, de occiduo affrontat iam dicta terra de Recosindo heresque suos vel in ipsa via et in terra de Salamon, de circi affrontat in iam dicta via et terra de Salamon, heresque suos et in alia via predicta que pergit super Aquaria primum iam dicta; et alio alode affrontat: de horiente in ipsa Aquaria antiqua vel in via, de meridie in Rio maiore, de occiduo et de circi in terra de Gunsimiro vel in terra de

Alexandro. Quantum istas affrontaciones includunt, simul cum ipsis domibus et edificiis qui intra sunt, et cum plantariis et vineis, cum arboribus et pomiferis, cum ortis et fontibus vel arundinetis, cum silvis et garricis, cum omnia et in omnibus, sic dono ad domum predictum s. Cucuphati cenobio, totum ab integre, simul cum exiis et regressiis {suis,} in tali captione, ut dum vixerit Bellus, frater Senifreni iam dicti, filiisque suis hec omnia teneant, et possideant, et per unumquenque annum serviant eorum solide libere ad cenobium supra insertum; post obitum vero illorum remaneat ad cenobium iam dictum, totum ab integre, sine aliqua diminutione, simul cum omni eius inmelioratione, ut licenciam habeant servientes ipsius ad facere exinde vel agere quemadmodum et de aliis munificentiis domui ipsius pertinentibus agunt et faciunt. Quod si ego donator aut ullusque homo qui contra hanc donatione venerit pro inrumpendum,non hoc valeat vendicare, sed componat aut componam ad domum predictum hec omnia in quadruplum, cum omni sua inmelioratione, prout ss. Patres sanxerunt, et in postmodum ista mercede largitionis firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione v.° kal. nov., a. 1.° regnante Ugone magno, rege.

S+m Barone, qui vocor Marcutio, qui hanc donatione feci, et firmare rogavi; S+m Egiga; S+m Anastasius; S+m Inguilberto; S+m Giscafredo.

Ss. Wadamirus, presbiter, qui donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

211. 987; octubre 30.

Luvilo otorga a San Cugat una viña y una pieza de tierra, sitas en "Aqualonga", en el lugar llamado Llaceres.

REGESTA: Mas, *Taula*, 288; *Notes*, VI, 195 (n.° MCCXLI).

A. C. A., Cart., f. 18, n.° 41.

In nomine Domini. Ego Luvilo, femina, donatrice sum domum s. Cucuphati cenobio, qui est situs in comitato Barch., in locum vocitatum Octaviano. Manifestum est enim quia placuit animis meis sponte et libite ut aliquantulum ex meis alodibus cartam ei fecissem mercedem largitionis sicuti et facio. Ideo dono ei vinea in terra semotim meum proprium, qui mihi advenit per quacumque voce vel per mea hereditate. Et est ipsa — hec — omnia in comitato iam dicto, in terminio de Aqualonga, in locum quem dicunt Lacarias. Que affrontat ipsa vinea: de horientis in vinea qui fuit de Endalecio vel de Jerosolima, de meridie in terra de Uvimara vel in terra de iam dicto s. Cucuphati, de occiduo in vinea de iam dicta Jerosolima vel de s. Cucufati, de circi in torrente qui discurrit per inbribus; et ipsa terra affrontat de occiduo, circi, orientis in terra qui fuit de qd. Ermomiri, de meridie in via vel in terra de iam dicto Ermomiro. Quantum istas affrontaciones includunt, simul cum ipsis arboribus qui infra sunt, sic dono ad domum iam dictum omnia ab omni integritate, simul cum exios et regressios earum et iure ipsius servientes trado propter Deum et remedium anime mee genitoresque meos, et ut Deus omnipotens dimittat mihi omnia peccata mea preterita, et custodiat a futura et cum anima

mea egressa fuerit de corpore collocare eam iuveat in partem vel hereditatem paradisiacam, ubi omnes sancti quiescunt et letantur, et qui de hoc aliqua refectione habuerint, non pigeant exorari ob meis expiandis flagitiis et adsuetis vitis. Quod si ego donatrice, aut alicuius hominis qui contra hanc donatione venerit et consurrexerit ad inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed cum Iuda Scariothis participationis numerum ducat et iram Domini incurrat et post istum seculum locum exustionis Baratri decrepitantibus eterni flammis possideat inrevocabili ergastulo, et pro temporali compendio hec omnia conlata, componat in quadruplo ad domum iam dictum, prout s. orthodoxi sancxerunt, et in antea ista donacio suam obtineat firmitatem in eterno tempore.

Facta donacione III.° kal. novembrer, a. I.° regnante Ugone magno, rege.

S+m Luvilo, qui ista donatione feci et firmare rogavi; ✠ Baldomar, ss.; S+m Adalus; S+m Teudbert.

S+m Bonus Homo, levita, scripsi et ss. cum litteras comdempnatas in duos locos ubi dicit vinea et ubi dixit de horiente, die et anno quod supra.

212. 987, noviembre 16.

Ermesinda y sus hijos venden al abad Odón dos piezas de tierra sitas en "Saldes", término de "Aqualonga", por quince sueldos.

REGESTA: MAS, *Taula*, 293; *Notes*, IV, 114-5 (n.° CLXXVIII).

A. C. A., Cart., f. 24, n.° 68.

In nomine Domini. Ego Ermisinda, femina, et filiis meis nomine Adardo et Nevolenda, femina, vinditores sumus tibi Odo, gratia Dei aba, et monacos s. Cucufati, emptores. Per anc scriptura vinditionis nostre vindimus vobis terra in duos locos cum ipso orto cum arbore qui infra sunt, cum ficulneas, cum pomiferis, cum omnia que ibidem est que mihi advenit, ad me, Ermisinda, per meum decimum et ad nos, infantes, de ienitore nostro vel per quacumque voce. Et est ipsa hec omnia in comitatum Barchinona, in terminio de Aqualonga, in locum que dicunt Campo de Saldes; et affrontat ipsa hec omnia subtus scripta de omnesque partes in terras vel vinea de domum s. Cucuphati cenobii. Quantum istas affrontaciones includunt sic vindimus vobis ipsa hec omnia, totum ab integre, in propter precium solidos XV, quod vos emptores nobis dedistis, et nos vinditores manibus nostris accepimus, et est maniestum. Quem vero predicta hec omnia que nos vobis vindimus de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestatem ab omni integritate, ut quicquid exinde facere vel iudicare volueritis libera in Dei nomine habeatis plenam potestatem, cum exios et regressios illorum a proprio. Quod si nos, vinditores, aut ullusque homo, qui contra ista vinditione venerit ad inrumpendum, aut nos venerimus, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus vobis ipsa hec omnia in duplo cum omnem suam inmelioratione, et in antea ista vinditione firma permaneat omnique tempore.

Facta vinditione XVI.° kal. december, a. I.° que obiit Leudovico, rex, filium Leutarium, rege.

S+m Ermisinda, femina; S+m Adardo; S+m Nevolenda, nos simul in unum qui ista vinditione fecimus, et firmare rogavimus; S+m Sendredo; S+m Ermengod; S+m Amalsindo.

S+m Ermegille, clericus, qui hoc scripsi cum litteras fusas in verso III et ss. die et anno quod supra.

213. 987, enero 9.

Ermengodo entrega al Monasterio unos alodios que poseía en los lugares de Castellar y La Torta, inmediatos a los muros de Olérdola.

REGESTA: MAS, *Taula*, 596; *Notes*, IV, 115 (n.° CLXXIX).

A. C. A., Cart., f. 128, n.° 420.

In nomine Domini. Ego Ermegodo, femina, donatrice sum ad domum s. Cucufati martiri. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullus quoqueagentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria expontanea hoc elegit mihi cum D[e]o bona volumptas, ut donacionem fecissem ad domum s. Cucufati martir, sicuti et facio. Dono namque ibidem kasas meas cum solos et superpositos, et curte, et vineas in duos lochos, in unum locum super ipsum Kastellarem, in alium locum ad ipsa Torta, qui michi adveniunt hec omnia per mea comparacione, sive per parentorum meorum; et sunt ipsas kasas et curte in comitatum Barchinona, infra muros de Olerdula, et ipsas vineas in eius territorio, sive in terminum de supranominatum Kastrum, et afrontant ipsas chasas: de parte circi in terra de Suniefredus, levita, ubi abet suas cigas iusta ipsa cisterna vel in via, et de aquilonis, in via vel in kasa de filios Bellucio, et de meridie in kasas vel in curte de Sanla faber, sive de filios qd. Dadilani, et de occiduo affrontant in kasas de Eroigio, sive in via, et ipsas vineas, super ipso Kastellare, affrontant de parte circi in terra de Apollonio, vel in terra de Tudmir, et de aquilonis affrontat in vinea de Tudmiro, et de altano affrontant in vinea de Sendredo, sive in vinea de Eroigio, et de occiduo affrontant in vineas de Albar, sive in vinea de Apollonio, et ipsas vineas de ipsa Torta de parte circi affrontant in vinea de Se * niofredus, levita, sive de Isimbardo, et de aquilonis in ipso torrente que discurrit per s. Digna, et de meridie in vinea de Ermegilde, sive in vinea de fi * lios qd. Eldesindi, vel in via, et de occiduo affrontant in via que pergit ad s. Digna. Quantum infra istas affrontaciones includunt sic dono vel trado ad domum s. Cucufati martir cenobitarum, sive ad servientes eius propter Deum et remedium anime mee, usandi, exfructandi, secundum regulam beati Benedicti, plenam abeant potestatem, cum exios et regressios earum a proprio, in tale videlicet ordine, ut in diebus vite mee tenere et possidere faciam, sine blandimento de ulloque omine, et post obitum meum remaneat a Domino Deo, sive ad supradictam domum, vel ad servientes eius, et concedo ibi tonnas III et cubo I. Quod si ego donatrice aut ullusque homo qui contra hac donacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam ista hec omnia ad supradictam domum vel ad servientes ei ista hec omnia in duplo cum illorum inmelioraciones, et ista donacio firmis permaneat omnique tempore.

Facta karta donacionis v.° id. ian., a. 1.° regnante Ugone, rege.

S+m Ermegodo, que hac donacione feci, et firmare rogavi; S+m Sendredus, presbiter, ss.; S+m Sidelane, presbiter.

S+m Seniofredus, levita, hoc scripsit et ss. cum IIII.°r litteras superpositas in v linea, die et anno quod supra.

¶ 214. 988, enero 12.

Todalego y otros dan a San Cugat un alodio con un molino y sus anejos que poseían en Caldas.

A. C. A. Monacales, perg. San Cugat, n.° 62. Orig.

In nomine Domini. Ego Todalego, et Chixolo, et Miro et Trasgontia, nos simul in unum donatores sumus ad domum s. Cucufatis cenobio, qui est situs in comitatu Barch., in loco || Octaviano. Manifestum est enim quod donamus ei alodem nostrum proprium cum molino uno et cum suo molendinario, cum regos et caput regos, cum insulis, et ortalibus, cultum vel eremum, cum || arboribus glandiferis et arboribus, fructuosis et infructuosis. Et est hec omnia in comitatu Barchinone, in Vallense, in terminio de Calidas, in locum que dicunt Acriniano. || Advenit autem nobis predicta hec omnia per genitorum vel per qualescumque voces. Et afrontat hec omnia: de oriente in ipsas rochas, ad ipsos cingulos, de meridie in torrente unde imber ducit aqua || vel in ipsos cannamarios qui fuerunt de Conteranno qd., de occiduo in rio de Calles qui exinde discurrit, de circi in torrente. Quantum infra istas afrontationes includunt || sic donamus ista omnia ad domum predictum, ab integrum, et ditioni ipsius comitimus simul cum exios et regressios earum, ita ut in diebus vite nostre hoc teneamus et possideamus || et filiis filiabusque nostris et posteritas nostra, et serviamus ipsa tascha ad cenobio predicto, et nos et successores nostri; et non liceat nobis nec ipsis ibidem alium senioraticum vel || patrocinium facere nisi abbatem de cenobio supra inserto et monachis ipsius. Et si quis ex nobis aut ex ipsis contempserit dare ipsa tascha ad domum prefatum nec modo || nec aliquo tempore statim amittant in alodem predictum vel in omnia supra nominata eorum portiones, et servientes predicti martiris tunc licentiam habeant eas omnes particulas || aprehendere et iure illorum comitare. Et hoc non liceat nobis nec ipsis, nec vindere, nec donare, nec transmutare, nec in aliquo transferre in alienas personas || nisi intra posterita nostra et inter nos ipsis, et quicquid hoc ex ipsis emerit vel possederit legitime et integre ipsa tascha ad domum iam dictum deserviat sine aliquo || defraudationis contagio. Et si nos et posteris nostris hoc obedierimus et transgressores de hoc quod supra insertum est minime fuerimus, aba vel fideles martiris supralibati || hoc eis nobis vel ipsis non liceat nec auferre, nec tollere, sed quiete semper et secure iam dicta omnia teneamus et possideamus et possideant, et ipsa tascha, ut sepe iam diximus, || deserviamus et deserviant ad cenobio prefato, et obedientes fiamus semper et fiant hoc que supra retulimus sine aliquo abiectu; et est manifestum. Quod si nos donato || res aut alicuius homo qui contra ista donatione consurrexerit ad disrumpendum, non hoc valeat vindi-

care, sed componat aut componamus predicta omnia ad cenobium predictum in || quadruplum, prout sancti patres sancxerunt, cum omni sua inmelioratione, et in antea ista donatio suam habeat firmitatem modo vel omnique tempore.

Facta dona || tione II.° id. ian., a. I.° regnante Ubo magno, rege.

S+m Teudelego; S+m Chixilo; Ss. Miro, ss.; S+m Trase || guntia, qui ista donatione fecimus scribere et firmare rogavimus; S+m Uvifredo; S+m Cecilio; Ss. Uvadamirus, presbiter; || Ss. Gontefredus. ||

℣ Bonus homo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

215. 988, enero 13.

Guifredo y su mujer otorgan a San Cugat unas tierras que poseían en el término de La Roca.

REGESTA: Mas, *Notes,* IV, 116 (n.° CLXXX).
A. C. A., Cart., f. 378 *v,* n.° 1098.

In nomine Domini. Ego Wifredo et uxori me Gondeberga, donatores sumus Dei et domum s. Cucuphati cenobii. Manifestum est enim quia sic placuit a nostris, et placet, ut a predictum domum carta donacionis fecissemus de terra nostra propria, sicuti et facimus, qui nobis advenit per nostra comparatione vel per quacumque voce; et est ipsa terra in comitatum Barch., in Vallense, in terminio de ipsa Roca. Et affrontat ipsa terra: de parte orientis in terra de Suniario vel eres suos, de meridie in via, de occiduo in terra de s. Michaelis et de predictum domum s. Cucuphati, de circi in terra de Viadario vel eres suos. Quantum infra istas IIII.°r affrontaciones includunt, sic donamus ipsa terra a predictum domum s. Cucuphati propter Deum et remedium animas nostras, ut de odie in antea in eius potestate ecclesie vel ibi famulantibus permaneat tam isti presentes quam alii succedentes. Et qui ista donacione inrumpere temtaverit, non hoc valeat vindicare, sed iram Dei incurrat, et insuper componat ibi aut componamus ipsa terra in duplo cum omnem suam immelioratione, et ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione idus ian., a. I.° regnante Ugo Magno, rege.

S+m Vuifredo; S+m Gondeberga, nos qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Undisclo; S+m Uliba; S+m Galindo.

℣ Ermegille, clericus, que hoc scripsit et sub ss. die et anno quod supra.

216. 988, febrero 18.

Galindo cede al Monasterio una finca situada cerca de San Cugat, en el lugar llamado "Magarova".

REGESTA: Carreras, *Lo Montjuich,* 332.—Mas, *Taula,* 304; *Notes,* IV, 116 (n.° CLXXXI).
A. C. A., Cart., f. 39 *v,* n.° 129.

In nomine Domini. Ego Galindo, donator sum domum s. Cucuphati cenobio qui est situs in comitato Barch., in loco Octaviano. Manifestum est enim

quia libite complacuit mihi, ut aliquantulum ex rebus meis +cartulam+ ei concessionis fecissem sicuti et facio. Ideo dono ei terras et vineas cum uno domumculo et cum arboribus qui infra sunt, cum cultum et heremum, et pratum simul et cum fontibus et aquifluis meum proprium qui mihi advenit per comparatione et donatione seu et per quacumque voce. Et est hec omnia in comitato iam dicto, non longe ad cenobio prefato distante in locum vocitatum Magarova vel in eius accessu. Que affrontat de parte circi in terras et vineas de iam dicto martire, de aquilonis in terras et vineas similiter de prefato cenobio vel in riunculo qui discurrit per iam dicta Magerova, de occiduo in riunculo iam dicto vel in alio riunculo s. Cucuphati qui inde discurrit. Quantum istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic dono ad domum supralibatum, ab integre, simul cum exios et regressios suos, et iure ipsius servientes trado ut licentiam abeant exinde facere et agere quemadmodum et de aliis munificentiis domui ipsius pertinentibus agunt et faciunt propter Deum et remedium anime mee, vel pro statu filiis filiabusque meis vel et munimentum ipsius, et cum penultimus dies examinis mundum inhorruerit resuscitari merear inter dextrifficis Dei gratissimis et eternam beatitudinem simul confruere cum ipsis. Et qui contra hanc scriptura mercede largitionis peracta ad confringendum vel ad disrumpendum surrexerit, ad nichilum remet eius presumptio, et postea iram Dei inveniat et a liminibus Sancta Dei Ecclesia eficiatur exulus, et in ista vita in omni actu suo se omnimode esse senciat impeditus, et post ista vita locum et societatem teneat cum Iuda pseudo apostolo, et in temporali compositione predicta omnia ad domum iam sepedictum componat in quadruplum prout ss. Patres sancxerunt, et in antea huius donatio inconvulsibilem ducat perennem firmitatem.

Facta donatione x.°III.° kal. marcias, a. I.° regnante Ugo Magno, rege.

℣ Galindo, ss., qui ista donatione feci et firmare rogavi; S+m Bonushomo, ss.; Teudericus, presbiter, ss.; S+m Audegarius, sacer, ss.; Bellus, ss.; S+m Georgius, presbiter; Iohannes, presbiter, ss.; Ss. Borello.

℣ Bonushomo, levita, scripsi et ss. cum litteras fusas in verso II.° die et anno quod supra.

217. 988, marzo 10.

El conde Borrell hace donación al Monasterio de un alodio sito en Reixach.

EDIT.: Carreras, *Not. hist. Sarriá,* doc. n.° 26.

REGESTA: Mas, *Taula,* 412; *Notes,* IV, 116-7 (n.° CLXXXII). — Aesbicher, *Études,* 34, 67 y 156. — Rovira, *Hist. Catalunya,* III, 54 y 338.

A. C. A., Cart., f. 71 *v,* n.° 280.

Spiritu Sancto instigante orthodoxorumque patrum oraculo cathegorizante didicimus qualiter unusquisque antropo sacra unda ab lucernis videlicet expiato ex rebus caducis et breviter sibimet comissis, previderi potest salutari comertio et perpetue felicitatis emptio celestisque lucra secura adeptio. Ad hoc enim proposicionis devotio totis nisibus excitari debemus ut ne diutius lacesciscamus sub incerta cupiditas segna, sed strenue consurgamus et evalescamus ab ea,

quia quantum plus inimur his curis terrenis perpendere tanto magis videmus a manu nostra ea omnia dilabere. Et ita ab huius mundane contemplacionis cito pretervolant, ut si fuissent penitus non appareant. Ergo reddamus Deo quod non ab alio sed solummodo accepimus ab eo, offeramus Christo quod mesericordissime commodavimus ab ipso, quia nil aliud ferre possimus illo, nisi hoc quod gratis accepimus ab eo. Ipse igitur Deus bonorum omnium est tributor et largitor, Deo namque datur quicquid a fidelibus devocione iustissima in Dei ecclessiis offertur. Quia propter ego, Borrello, gratia Dei hibereo duci atque marchiso, hec oraculo devota mentis acie considerans, huius largicionis mercedem almi martiris Cucufati equum fieri provideo, seu factum testimonium idoneorum firmari adgredior in robore firmissimo, ob remedium videlicet anime mee genitoresque meos, et ob expiandis meis piaculis, sed ut Deus Omnipotens proles meos ad perfectionem boni operis enutriat, et pie sue memorie lenitatis demulciat, et ita faciat eos sue placacioni congruos, ut in eius preceptis ne unquam offendant, sed cum suis gratissimis fidelibus digni esse mereantur compotes. Ideo, martir, tibi cenobiique tuo, cuius situs esse constat in suburbio Barcilonense, in commisso Octaviano, bis quaternis ab urbe prefata miliariis differente, dono atque contrado alodem meum proprium quod ego habeo in suburbio prelato, nomine et vocabulo Rixago, qui mihi advenit ex propriis et racionabilibus adquisitis, et profligacione iure debitis. Est quippe huius alodis quatrifinusque cingitur cunctis istis limitibus: Primum orientalem sui limes incoatur ab iter publicum quem via calciata appellant, et propagat se cum termine Ablara, et sic protenditur secundum recta et flexuosa sui limitum racione, et eveundo succedit in castulo ipsius colli supraminentis quem iuxta vulgalis oppinio antiquo preventus est ei vocabulo Castello de Mallato, et inde per latera huius castelli secundum naturam sui loci ipsius limes sese paululum ibi se curvat et proveitur in alia serra, et sic inde deducitur per limitalem ostensionem qui per ipsa summa serrarum ac collum capita apparent, et per mediis ipsis aqui vergis qui per pluviarum tempus divergi solent, ad utriusque limitum custodia cuneati consistunt, et pertingitur usque ad ipsa alia via publica superioris ubi vulgi dicunt Congostello. Inde succeditur septentrionalem de utera sui limes et conectitur cum termine Barberano, et inter medio illorum transit predicta via publica qui exiit de valle Canalilias et pergit ubique. Et ad occasu latere incoatur trifarie sui limes ex intermisso tramite publico, et sic paulatim ascendendo conscendit usque ad supercilium collis ipsius et dirivatur per marginalem comprehensionem notarumque defixio qui per ipsa media summa serrarum ac collium vel per mediis {ipsis} aqui vergis tempore imbrium diffluentis sunt positas et defixas inter termine Palatio Auzito huiusque alodis geminum latus in titulum custodia, et descendit usque in via calciata et revertitur contra solis ortu a latere meridiano recto itinere quem ad honorem et decorem transitu franchorum fuit saxorum fragminibus conculcata et diligentius confirmata, et sic includit penultimum quadrifarie sui termini ubi inchoat primum. Quantum istas affrontaciones includunt et hos terminos ambiunt, terras et vineas, pratis, pascuis, aquis, aqualibus, scopolis, ac calculis, arduum et declivum, cultum et incultum, omnia et in omnibus, sic dono et concedo hec omnia ab integre ad iam tibi, supralibato martire cenobiique tuo, et tamen sub racione ut abbates et monachi qui ibidem in tuo acisterio sedule commorantur, vel ad future comoraverint, absque ambigitate licentia exinde

habeant agere et ordinare quemadmodum et de aliis munificentiis domui ipsius pertinentibus, hec equidem que tibi porrigi atque concessi, piissime martir, volo ut tu habeas servique tui perfruant tuaque naviter sint per tempora secli. Et qui ista donacione inrumpere ambiverit et ad ius prolecti cenobii privare temptaverit, extraneus a s. Dei ecclesia fiat et cum Iuda Scariotheno pseudo tamen apostolo in celidrodo belvalisque Baratro distragicam partem perfruat, et in resurrectione secunda condempnatus resurgat, insuperqûe pro temporali pene componat in vinculo ad cenobium sepe meminitum hec omnia in quadruplum prout ss. patres sanxerunt. Et ista donatio inconvulsibilem habeat firmitatem simul cum suis exitiis et deliberatis itineris.

Acta huius largicionis per paginam mense quoque marcio iduarum die eiusdem sexto, anno I.° Ugo quippe rege magno regnante feliciter.

✠ Borrello, gratia Dei comes marchiso, qui hoc fieri statuique potissime decrevi, et firmatores firmare delegi; S+m Gondemarus, gratia Dei ac si indignus episcopus s. sedis Gerundensis ecclesia, ✠; ✠ Eimerud, gratia Dei comitissa, qui hoc fieri bonum esse previdi et voluntate senioris mei non oborrui; Miro, ss. ✠ Raimundus, comes. ✠ Ermengaudis, qui voluntatem paternam pariter libite adhornamus et hic nomina nostra tensis dactilis firmamus, quia licet ego Ermengaudis adhuc sum litterarum doctrina pertenuus et nescio scribere; S+m Ermengaudis, clericus; Vuilielmo, subdiachono, ss.; S+m Celsius, levita, ss.; Vuifredus, levita, ss.; Suniarius, comes, S+m; ✠ Borrello, iudice, ss.; S+m Sentelle, presbiter; S+m Vidalis, presbiter, ss.; Gaucefredus, presbiter, ss.

✠ Bonushomo, levita, scripsi et ss. cum litteras emendatas in loco ubi dicit "terras et vineas" die et anno quod supra.

218. 988, marzo 19.

Sistemiro, acusado de haber escondido el testamento de su hermano Fredemundo, se obliga a ceder al Monasterio las propiedades que se determinan.

EDIT.: Balari, *Orígenes*, 381-3.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 559. — Mas, *Taula*, 404; *Notes*, IV, 117-8 (n.° CLXXXIII).

A. C. A., Cart., f. 61, n.° 232.

In iudicio domno Gondemare, episcopo, et domno Odo, abba, seu et iudice Bonushomo, et in presentia Seniofredo, et item alio Seniofredo, sacerdotibus, laicorum presentia Erovigio, Sesemundo, Adalo, Bellus, et Vuillara, et Audesindo. In istorum supradictorum presentia Poncius, qui fuit assertor et mandatarius ex predicto Odoni, abba, ex cenobio s. Cucuphati, petivit homo, nomine Sintemiro, de testamentum quod celabat vel ocultabat ex fratri suo nomine Fredemundo, qui per ipsum testamentum relinquerat et concesserat ad cenobium prefatum ex suas vineas et ex suas terras et ex suas omnia facultate ipsa medietate propter Deum et remedium anime sue. At ipse Sentemirus in suo responso cepit detestare et adfirmare se ipsum testamentum, nec unquam disrumpisse, nec combusisse, nec diluisse, neque conscium fuisse ubi perditus

fuisset ipsum testamentum, de qua re iam dictus Poncius, assertor de abbati ordo exibens unum sacerdotem satis veredicum nomine Ennego, adfirmans quod ipsum testamentum ille eum invenerat in cartarario iam dicto Fredemundo, postquam ipse periit in Barchinona civitate, et dederat eum ad isto predicto Sentemiro, ut ante iudice eum publicasset, et iudicium exinde obligasset, et fecisset ex rebus fratri sui, quemadmodum in ipsum testamentum erat insertum, et comonuerat eum ut nec celasset voluntatem fratris sui, et cum hoc in faciem suam ita ei adfirmasset et protestasset predictus sacerdos, ipse in malitia sua diu insistente, noluit professionem suam exinde facere, sed nescium et sine culpa fincte et similate se de eo in omnibus demostrans. Tunc predictus iudex, cum aliis ydoneis viris, rogavit eum et simpliciter commonuit plures vices, ut ne celasset veritatem de ipso testamento adversus Deum et adversus s. Cucuphati, sed veram professionem exinde fecisset, et ad satisfactionem venire, et oberrata sua legitime emendare [1] penitus non erubuisset. At ipse rennuit profiteri, noluitque obedire voci eius, sed similando innocentem se ex ipso esse demonstrans. Et cum ita infestissime in nequitia sua semper persistens, Dei iudicium petens per examine caldaria et introivit ad eum asserens se sanum evasurum ab eo per maleficias et diversas suas incantaciones quem noverat. Sed adveniente ultio divina incantaciones suas nichil ei prestiterunt, manu eius statim apparuit combusta. Et ita in malitia et sua falsitate detectus iudice ordinante suam exinde confirmavit professionem qualiter eum testamentum comburere iusserat uxori sue iniuste et absque lege. Et tunc firmavit exinde suam recognicionem. Et cum voluit eum tradere ipse saio in potestate de iam dicto assertore de abba Odo s. Cucuphati cenobio cui fraudem fecit, et perpetuo ad servitutem abdicari ipsius s. quemadmodum lex ordinabat et iubebat, implorans mesericordiam et indulgentiam ad iam dicto episcopo vel abbate, ut sub eorum pia miseracione aditum ei evadendi tribuissent ex servili catena, et ne incurvassent suam personam ad eam sicut lex iubebat. Ex qua re iam dictus episcopus vel abba seu et iudice, sub divina miserandi clementia talem dederunt consilium ut iste prefatus Sentemirus non fuisset traditus, set ex suis exiguis rebus fecissent in aliquantulum concessionem ad supralibato monasterio vel et ad supranominato episcopo pro sua portionis districtio seu et ad saio atque et ad iudice. Placuit utriusque partibus et ita fecerunt et adquieverunt, et Deo dederunt ad s. Cucuphati ipsas vineas de Monte Catanello qui sunt de ipso plantero s. Cucuphati, et iuxta Riopullo ipsa casa et curte et ipso mulino cum ipso plantario ex s. Cucuphati de vinea et de arbores queUnifredus qd. dimisit ad s. Cucuphati, et ipsa parte quod Sentemirus iam dictus habet in ipsa vinea quod ipse plantavit in campo vel in terra de Estegeso, similiter ei dederunt, sub ea tamen ratione: ut si aliquis ex heredibus de iam dicto Stegeso voluerit emere per ipsa voce de ipso plantario dare faciant precium iuste adpreciatum ad cenobio iam dicto. Et iterum ei dederunt alia vinea qui est in Valle Maiore, qui fuit de Fredemundo, ad cenobium iam dictum, et ipsos III cubos et III tonnas que sunt in ipsa casa de Riopullo similiter ei dederunt. Et tali convento et placito in huius conventione instituerunt: ut si in aliquo tempore iste iam dictus Sentemirus, adversum huius conventum consurgerit ad disrumpendum, tam ipse quam suum advocatum, vel heredum suorum, vel alicuius homo et ita istum pactum confringere voluerit et fecerit, et ista omnia superius comprehensa ad cenobium

prefatum vel et ad donationem ipsius auferri vel alienari presumserit, libram auri in vinculo persolvat ad cenobium iam dictum perpetim habitura, et in antea istum pactum et conventum firmum permaneat omnique tempore.

Facta convencione x.°IIII.° kalendas aprilis, anno I.° regnante Ugo Magno, rege.

S+m Sentemiro, qui ad hoc conventu et ad hanc pena superius inserta me obligo et firmo omnimode implenda, et ideo signum meum hic inprimo; S+m Audesindo; S+m Marcutio; S+m Oliba; S+m Vuifredo, qui hoc vidimus et audivimus et hic nomina nostra adfirmavimus; S+m Seniofredus, presbiter, ss.

⁂ Bonus Homo, levita, scripsi et ss. cum duos verbos superpositos et uno fuso et cum II tintas exaratas, die et anno quod supra.

1. Sobre corrección.

219. 988, abril 23.

Simplicia y sus hijos venden al abad Odón un lote de tierra sito en Cercedol, en el lugar llamado Las Corts, por doce sueldos.

REGESTA: Mas, *Taula*, 297; *Notes*, IV, 119 (n.° CLXXXIV).
A. C. A.,Cart., f. 31 *v*, n.° 94.

In nomine Domini. Ego Simplizia et filios vel filias meas, id est, Madexo, subdiaconus, et Ausizia, et Dazilo, et Bonutio, vinditores sumus vobis Odone, gratia Dei, simul cum fratres tuos monacos, emtores. Per hanc scripturam vinditionis nostre vindimus vobis sorte, id est, terra qui mihi advenit ad me, Simplizia, per mea comparatione vel per decimum, et ad nos, filios vel filias, de ienitore nostro. Et est hec omnia in comitatum Barchinona, in terminio de Cercitulo, in locum que dicunt ad ipsas Curtes. Et affrontat: de orientis in torrent, de meridie in vinea de Berica, de occiduo in margine, de circi in terra de Lobeta vel de Rossello. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic vindimus vobis hec omnia cum exios vel regressios suos a proprio, in precium solidos XII, est manifestum. Quem vero predicta hec omnia que vobis vindimus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate, ad omne que volueritis facere libera in Dei nomine habeatis plenam potestatem. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo, qui ista vinditione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componamus vobis hec omnia in duplo cum sua inmelioratione, et ista vinditio firma permaneat omnique tempore.

Facta carta vinditione VIIII.° kal. madii, a. primo regnante Ugone magnus.

S+m Simplizia; Ss. Madexus, subdiaconus; S+m Ausizia; S+m Dazilo; S+m Bonutio, qui ista vinditione fecimus et firmare rogavimus; S+m Agulfus; S+m Ansulfus; S+m Crexencio.

S+m Savaricus, presbiter, scripsi et ss. die et anno quod supra.

220. 988, abril 25.

Segofredo y su esposa permutan con el abad Odón un molino que poseían en el término de Porciá, por una "fexa" de tierra, situada en el mismo lugar, y cincuenta y dos sólidos.

REGESTA: MAS, *Taula*, 335; *Notes*, IV, 119 (n.º CLXXXV).

A. C. A., Cart., f. 57, n.º 211.

In nomine Domini. Ego Segofredo, et uxor mea Igilo, cõmutatores sumus tibi domno Odo, abba, et fratres tuos monachos. Manifestum est enim quia comutamus vobis molinum nostrum proprium cum omni sua instrumenta, cum suo rego et caput rego et suo discurso, vel cum omni sua utensilia sicut bonum molinum habere debet et molere bene debet, et cum terra que in circuiti ipsum molinum habemus et pratum que iuxta ipsum aque discursum est, et duos salices vel unum casalem que infra est, qui mihi advenit, ad me, Seginfredo, per mea comparatione, et ad me, Igilo, per meum decimum vel per mea compara seu et per quacumque voce. Et est hec omnia in comitato Barch., in Riopullo, ,in terminio de Porciano. Que affrontat: de oriente in terra de s. Michael, de meridie in terra de Guisimiro, de occiduo in terra similiter de Guisimiro, de circi in terra de Erovigio. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comutamus vobis ipsa omnia iam dicta ab integre simul cum exios et regressios suos. Et accepimus nos comutatores in placitum et paccionem nostram vestra ex parte una fexa de terra et L solidos, nobis placibile. Que est ipsa fexa de terra in supra meminito loco, sicut in nostra comutacione retinemus, est manifestum. Quem vero predicto molino et omnia superius comprehensa que nos vobis comutamus, de nostro iure in vestrorum tradimus dominio et potestate ab omni integritate perhenniter vobis habendum et possidendum et vobis presentes et successores vestri futuri, quemadmodum habetis et possidetis ceteris munificentiis cenobii vestri pertinentibus, et ullam vocem ibidem ad opus nostri non reservamus. Quod si nos comutatores, aut ullusque homo qui contra hanc comutationem venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componamus vobis cenobique vestro hec omnia in quadruplum simul cum omni sua inmelioracione. Et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione VII.º kal. madii, a. I.º regnante Ugo Magno, rege.

S+m Seguifredo; S+m Igilo, qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Riculfo; S+m Leopardo; S+m Ermomiro; S+m Guillelmo; S+m Estovallo; *S+m Abellonio*.

S+m BONUSHOMO, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

221. 988, junio 4.

Ingilberto permuta con el abad Odón una tierra que poseía en "Palacio Abzido" con la fuente existente en ella.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 251, 549. — Mas, *Taula*, 406; *Notes*, VI, 195 (n.º MCCXLII).

A. C. A., Cart., f. 64, n.º 244.

In nomine Domini. Ego Ingilbertus, comutator {sum} tibi, Odo, gratia Dei abba et cuncta congregacione s. Cucuphati. Manifestum est enim quia convenit ut comutacione fecissemus inter nos, sicuti et facimus. Dono namque vobis in vestra comutacione vestra terra mea propria quod habeo in territorio Barchinone, in terminio de Palatio Abzido. Et aderet se predicta terra cum ipsa fonte qui ibidem manat; et advenit mihi per vocem parentorum meorum. Et affrontat prenotata terra, de omnesque partes in terra s. Cucuphati. Quantum easdem affrontaciones includunt dono vobis in vestra comutacione, ab integre, et iure vestro hoc trado, ad proprio. Quod si nos, comutatores, aut ullusque homo qui contra hanc comutacione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus supradicta terra in duplo cum omni suo inmelioracione sua. Et in antea ista prescriptura firma permaneat omnique tempore.

Facta ista scriptura comutacionis II.º nonarum iunii quo cepit Hugo Magnus regnare.

S+m Ingilbertus, qui hanc comutacionem feci et testes firmare rogavi; S+m Comparatus, cui nomen vocant Wilelmo; S+m Leopardus; S+m Witisindus; S+m Riculfus.

Atto, monacus, qui hanc scriptura comutacionis scripsi sub ss. annoque prefixo et die.

222. 988, junio 10.

Beliardis, llamada Llobeta, con sus hijos, otorga al Monasterio un alodio sito en Riusech y Saltells, del término de "Palacio Audito".

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 549. — Mas, *Taula*, 333; *Notes*, IV, 120, (n.º CLXXXVI).

A. C. A., Cart., f. 54 *v*, n.º 199.

In nomine Domini. Ego Belliardis, femina, que vocant Lobeta, et filios meos, id est, Franco et Bernardo, donatores sumus domum s. Cucuphati cenobio, qui est situs in comitatu Barch., in locum que vocitantur Octaviano. Certum quidem et manifestum est enim quia sic placet animis nostris, et placet, nullus coegentis imperio nec suadentis ingenio, set propria et expontanea elegimus cum Deo bona voluntas, ut ad iam dicto cenobio donari fecissemus alodem nostrum propter Deum et remedium animarum nostrarum parentorum nostrorum. Ideo donamus ibi alodem nostrum qui mihi advenit, ad me, Belliars, que vocant Lobeta, per mea compara vel per meum decimum et per luctuosum de filio meo qd. Miro, et de filia mea qd. nomine Richildis, et ad

me, Francho et Bernardo, de genitores nostros. Et est ipsum alode in comitato iam dicto, in terminio de Palatio Audito, in locum que dicunt Rio Sicco et in locum que vocant Saltellos. Que affrontat: de orientis in molinare de Ermengarda, femina, vel suos heres, de meridie in Rio Sicco, de occiduo in terra de iam dicto monasterio que fuit ipsa terra de Eldemaris qd., de circi in Maliola qui fuit de Durabile vel in ipsa strata. Quantum istas affrontaciones includunt, sic donamus ipsum alodem ab integre, simul cum ipsa casa et solo et superposito, et cum casalibus, cum orto et arboribus, cum molino et sua resclosa, cum suo rego et subtus rego, et cum suo cacabo et sua aiacentia, vel cum exios et regressios suos, ad domum s. Cucuphati supralibato, ad proprio, et iure eius servientes contradimus, ita ut ab hodierno die et tempore, alba vel monachi qui presenti tempore ibidem consistunt, et ad future consisterint, plenam potestatem habeant agere et facere de hec omnia quicquid voluerint, sicuti et de aliis munificenciis domui eius pertinentibus. Quod si nos, donatores, aut ullusque homo qui contra hanc mercedem largicionis venerit ad inrumpendum, ad nichilum remeet eius assertio, et insuper componat hec omnia in quadruplum ad domum iam dictum veluti sicut Patres sancxerunt. Et in antea ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione IIII.° idus iunii, a. I.° regnante Ugo magno, rege.

S+m Belliardis. femina, qui et Lobeta vocitata; ✠ Franco, filius eius; S+m Bernardo, qui adhuc scribere nescio eo quod puer sum, qui ista mercede largicionis fecimus et firmare rogavimus; S+m Guimara; S+m Vuitardo; S+m Riculfo; S+m Inguilberto; S+m Senderedus, presbiter, ss.

☧ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

223. 988, julio 23.

Juan y su esposa, llamada "Bonamocia", otorgan al Monasterio un alodio sito en Pinells, término de Olérdola.

REGESTA: Mas, *Taula*, 594; *Notes*, IV, 120 (n.° CLXXXVII).

A. C. A., Cart., f. 126, n.° 414.

In nomine Domini. Ego Iohanne, et uxor mea, Origelle, que vocant Bonamocia, donatores summus domum s. Cucufati cenobio, qui est situs in comitato Barch., in Vallense, in locum Octaviano, alodem nostrum proprium quod habemus in ipsa marchia de Penedes, in terminio de Olerdula, in locum que dicunt Pinellos, in suburbio iam dicto, qui nobis advenit per nostra compara vel et per quacumque voce. Que affrontat: de horiente in ipso torrente que inde discurrit, vel in ipsa limite, de meridie similiter in limite qui exinde deducitur, de occiduo in ipso prato vel in ipso torrente vel in terra de Elevegodo, de circi in iam dicto torrente, qui iam primitus suprataxavimus. Quantum istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, terras, vineas, arbores, hortos, hortalibus, plantariis, domibus, curas, edificiis, pratis, pascuis, fontibus cum illorum discursibus, omnia et in omnibus, sic donamus ista omnia ad cenobium iam dictum, totum ab integre, in tali tenore, ut hoc teneamus nos et posteritas nostra, et per unumquemque annum serviamus et nos et posteri nostri qui hoc

possiderint solidos x ad supralibato martire. Quod si nos donatores, aut ullus prepotens, seu alicuius homo, qui contra hanc donacione a nobis ad supra prefato cenobio facta et concessa, venerit et consurrexerit ad inrumpendum, sit illis primum iram Dei omnipotentis collata, et urguat super eis celestis romphea ad perdendum et ad dissipandum, et a congregacione christianorum semper efficiantur exules, et a misericordia Dei viventis, semper maneant extores, et cum Iuda Scariotheno, pseudo apostolo, inter crepitantibus Baratri flamibus, efficiantur paribus, et {in} resurreccione secunda existant heredibus, et insuper pro temporali pene componat predictum alodem ad domum supralibatum in quadruplum, prout ss. Patres sanxerunt, et in antea ista donacio omni tempore suam habeat firmitatem.

Facta donacione x.° kal. aug., a. II.° regnante Ugone, qui fuit magno duci.

S+m Iohanne; S+m Origel, que vocant Bonamocia, qui ista donacione fecimus, firmarique rogavimus; S+m Erovigio; S+m Seniofredo; S+m Scluva.

℣ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

224. 988, julio 26.

Undrica vende al abad Odón una viña del término de "Palacio Avodid" y de Reixach por nueve sueldos.

REGESTA: Mas, *Taula*, 402; *Notes*, IV, 121 (n.° CLXXXVIII). — Aesbicher, *Études*, 31.

A. C. A., Cart., f. 59 *v*, n.° 224.

In nomine Domini. Ego Undricha, femina, vinditrice sum tibi Odo, abba nutu Dei s. Cucuphati cenobi, emtore. Per hanc scriptura vindicionis me[e] vindo tibi vinea mea propria, ipsa mea hereditate, qui mihi avenit per mea comparacione vel per meum decimum vel per quacumque voce; et est in comitato Barch., in terminio de Palatio Avozid, vel in Rexacho. Et affrontat: de aquilonis in terra de Consemiro, et de meridie in terra s. Cucuphati, et de occiduo in vinea Condemar, presbiter, et de circi in terra Consemiro. Quantum infra istas IIII affrontaciones includunt, sic vindo tibi ipsa vinea ab integrum, cum exio vel regressio suo, id est, in propter precium solidos VIIII, et nichil exinde precium non remansit; est manifestum. Quem vero ista vinea de superius scripta de meo iure in vestro trado dominio potestate et presente die et tempore, ita quod ea vinditrice, autque homo qui contra hanc ista carta vindicione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat tibi in duplo cum omne inmelioracionem, et in antea ista vinditio firma stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista carta vindicione VII.° kal. Agusto, a. II.° regnante Ugo, rege.

S+m Undricha, femina, qui ista carta vindicione fecit et testes firmare rogavit; S+m Guitesindo; S+m Salomone; S+m Argefredo.

S+m Suniario, qui ista vindicione scripsit ss. sub die et anno quod supra.

225. 988, agosto 9.

Seniofredo vende al abad Odón unas propiedades sitas en Saltells o Riusech por diez sueldos.

REGESTA: MAS, *Taula*, 404; *Notes*, IV, 121 (n.° CLXXXIX).
A. C. A., Cart., f. 62 *v*, n.° 235.

In nomine Domini. Ego Seniofredo vinditor sum vobis domno Odo, abba, et fratres tuos monachos s. Cucuphati cenobio, emtores. Per hanc scripturam vindicionis mee vindo vobis ipsa mea porcione qui mihi contingit per vocem genitores meos et per vocem fratrem meorum atque sororum qui in Barchinona perierunt; et est ipsa portio in comitato Barch., in terminio de Palatio Auzito, in locum quem dicunt Saltellos vel Riosicco, id est, terra cum casa, et curte, et arbores, cum ortis vel ortalibus, sub reganeis, et molinaribus cum suo rego et capud rego et cum resclosar cursu subtus rego vel discursu. Que affrontat ipsa hec omnia: de oriente in molinare de Ermengarda, femina, vel in flumine Riopullo, de meridie in Riosicco, de occiduo in terra s. Cucuphati qui fuit de Eldemarus qd., de circi in ipsa strata vel in ipsa vinea qui fuit de Durabile vel in ipso maliolo qui fuit de Teudeberga, femina. Quantum infra istas affrontaciones mea particula est, et sors mea est, vel esse debet per vocem heredum meorum suprascripti vel meminiti, sic vindo vobis ipsa omnia ab integre et ditioni vestre conmuto in propter precium solidos X quod manibus meis accepi; est manifestum. Quem vero predicta omnia que vobis vindo, de meo iure in vestrorum trado dominio simul cum exiis et regressiis earum et potestate, a proprio, et nullam vocem ad futuram ibidem ad opus meum {non} reverso, sed omnimodas voces que ego ibidem per quacumque voce habeo vel haberi debeo, in dominatione et potestate vobis ea commito. Quod si ego, vinditor, aut ullusque homo qui contra hanc vinditione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam vobis ipsa hec omnia in duplo cum omni sua inmelioracione, et in antea ista vinditio suam habeat firmitatem.

Facta vinditione IIII.° idus agusti, a. II.° quod cepit regnare Ugo, qui fuit magno duci.

S+m Seniofredo, qui ista vendicione feci et firmare rogavi; S+m Vuitardo; S+m Sesemundo; S+m Nevolendus; ✠ Baldomar, ss.

⁂ BONUSHOMO, levita, scripsi et ss. cum duas litteras fusas in verso III.° die et anno quod supra.

226. 988, agosto 26.

Seniofredo entrega al Monasterio una mojada y cuatro dextros de tierra en el término de "Palacio Avozid".

REGESTA: MAS, *Taula*, 409; *Notes*, IV, 121-2 (n.° CXC).
A. C. A., Cart., f. 66 *v*, n.° 263.

In nomine Domini. Ego Seniofredo, donator sum tibi s. Cucufati cenobi. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullus quoque agentis

imperio nec suadentis ingenio, set propria expontanea mea mihi hoc elegit cum Deo bona voluntas, ut tibi predicto s. Cucufati cenobi cartam donacionem fecissem, sicuti et facio tibi de terra modiata I et dextros IIII qui mihi avenit per mea comparacione vel ullaque voce. Et est in comitato Barch., in terminio de Palatio Avozid. Et affronta: de oriente et de meridie et de occiduo in terra s. Cucuphati, et de circi in terra de me donatore. Quantum infra istas IIII.or affrontaciones includunt, sic dono tibi ipsa terra, ab integre, cum exio vel regressio suo; et est manifestum, et de meo iure in tuam trado dominio et potestatem ad omnia que volueritis facere. Quod [si] ego, donator, aut ullusque homo, qui contra hanc ista carta donacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat ipsa terra in duplo cum omne suam inmeliorationem, et in antea donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta ista carta donatione VII.° kal. sept., a. II.° regnante Ugo, rege.

S+m Seniofredo, qui ista donacione feci et testes firmare rogavit; S+m Felicio; S+m Gitesindo; S+m Ingilberto.

S+m Suniario, qui ista donatione scripsit sub ss. die et anno quod supra.

227. 988, septiembre 11.

Edo (Udalgeiro) otorga al Monasterio un alodio que fué de Pulcra, sito entre Agudells, Sardañola y "Aqualonga".

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 65, 126, 149, 549. — Mas, *Tauld*, 222; *Notes*, IV, 122 (n.° CXCI).

A. C. A., Cart., f. 17, n.° 37.

In nomine Domini. Ego Edo, que vocant Udalgeiro, donator sum domum s. Cucuphati cenobii quod est situs in comitato Barch., in locum Octaviano; dono ei alodem meum proprium quod fuit de Pulcra, femina, omnem suam hereditatem, quod illa habuit in comitato Barch., infra terminos, id est de predicto domo s. Cucuphati usque in ipso monte Acutellos, et de villa Cerdaniola usque in valle vel villa que dicunt Aqualonga, id est, in casis, in curtis, solis et superpositis, terris et vineis, ortis, ortalibus et pascuis, arboribus et pomiferis et glandiferis, sive garricis; quod mihi advenit hec omnia superius inserta per comparatione sive per quacumque voce, exceptus ipsa tercia parte. Quantum superius resonat, vel infra hos terminos supradictos ego habeo per predicta voce, sic dono ista hec omnia ad domum supra insertum, ab integre, simul cum exiis et regressiis earum. In tale captione ut dum ego vixero teneam et possideam in subditione cenobitantes s. Cucuphati, et servire faciam per unumquemque annum libras II de cera. Post obitum vero meum, si filios relinquero de legitimo coniugio, tenere faciam ista omnia suprascripta in subtuicione predicta, et donare faciant per unumquemque annum ipsa tasca ad predictum s. Cucuphati. Quod si filios non relinquero de legitimo coniugio, remaneat hec omnia ad cenobium iam dictum, totum ab integrum, propter Deum et remedium anime mee. Quod si ego donator aut ullusque homo qui contra ista donatione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut ego componam ipsa hec omnia in duplo cum omnem suam in-

meliorationem, ad cenobium iam dictum proprie ei adfuturum, et in antea ista donatio suam habeat firmitatem.

Facta donatione III idus sept., a. duo regnante Ugone, magno rege.

S+m Edo, que vocant Udalgeiro, ego qui ista donatione feci et firmare rogavi; S+m Viulelmus; S+m Leupardus; S+m Baldomar, ss.

Ss. Alaricus, presbiter et monachus, qui hanc donatione scripsit et ss. die et anno quod supra.

228. 988, noviembre 21.

Llopart y su esposa Aldovara dan al Monasterio dos mojadas de viña situadas en "Palazo Auzide" para remedio de su alma.

REGESTA: MAS, *Taula*, 336; *Notes*, IV, 122-3 (n.º CXCII).

A. C. A., Cart., f. 57 *v*, n.º 214.

In nomine Domini. Ego Lopardus, et uxori mea Adovara, tibi donum s. Cucuphati martir cuius ecclesia sita est in locum ubi dicunt Palazo Auzide. Maniefstum enim quia placuit animis nostris, et placet, nullus quoqueagentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria expontanea mihi hoc elegit cum Deo bona voluntas, ut tibi predicto domum s. Cucuphati dono tibi modiatas II de vineas legitimas nostras infra metum temporum. Que est ipsa vineas in pago Barch., in locum ubi dicunt Palazo Auzide. Affrontat ipsa modiata I de vinea, de circi in vinea de Eldemare, vicario, de aquilonis in ipsa astrada publica, de meridie in vinea de s. Cucuphati, de occiduo similiter. Et ipsa alia modiata de vinea que est in ipsa valle que dicunt Odolino, affrontat de circi in vinea de s. Michaelis, de aquilonis in vinea de Recosinde vel filios suos, de meridie et de occiduo in vinea de me donatore. Quantum in istas totas affrontaciones includunt, sic dono atque concedo ipsas modiatas II de vineas a prefacti domum s. Cucuphati propter Deum et remedium anime nostre, Lopardo et Adovara qd., ut servientes domum s. Cucuphati potestatem habeant ipsas modiatas II de vineas tenere, usuare, exfructare modo vel omnique tempore. Et qui contra hanc ista scriptura donacionis ad inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed in primis ira Dei incurrat, et istas vineas duplare facias cum sua inmelioracione, et ista donatio suam habeat firmitatem.

Facta scriptura donacionis XI.º kal. dec., a. II.º regnante Ugo Magno, rege.

S+m Lopardus; S+m Adovora, qui ista donacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Ramio; S+m Petrus; S+m Oreluzo.

S+m BLADINGO, qui ista donacione scripsi et ss. die et anno quod supra.

229. 988, noviembre 30.

Juan otorga al Monasterio una parte del molino que poseía junto al río Ripoll, más una mojada de viña y una yugada de tierra sitas en "Palacio Avuzid".

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 625. — Mas, *Taula*, 331 y 410-11; *Notes*, IV, 123 y 126-7 (n.° CXCIII y CXCIX).

C: A. C. A., Cart., f. 68 *v*, n.° 268.

C′: A. C. A., Cart., f. 53, n.° 190.

Como son dos copias de un mismo original, anotamos al margen las diferencias de transcripción.

In nomine Domini. Ego Iohannes, donator sum ad [1] domum s. Cucuphati cenobii qui est fundatus in comitato Barch., in locum quem [2] dicunt Octaviano. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, nullius quoegentis [3] imperio nec suadentis ingenio, sed propria expontanea mea mihi hoc elegi cum Deo bona voluntas, ut ad [4] predicto domo carta donacionis fecissem de aliquid de proprietatem meam, sicuti et facio. Dono namque ibidem ipsa mea porcione de ipso mulino [5] quod ego habeo iuxta flumen Riopullo sive de ipsos mulinares, cum suis capud aquis et suos regos et subtus regos et illorum discursibus [6], id est, ipsum tercium, ab integre, et item dono a predicto domo modiata I de vinea, et item dono [7] a predicto domo in una bovada de terra ipsum tercium. Qui est hec omnia in comitatum [8] Barch., in terminio de Palacio Auzido [9]. Et si ipso molino inmeliorare volueritis, cum alios meos heredes licenciam habeatis per ipsa mea parte. Hec omnia dono cum suas affrontaciones. Et ipsa modiata de vinea affrontat: de circi, in vinea de Lobeta vel suos eres, de aquilonis et de meridie in vinea de fratres meos, de occiduo in terra de Lobeta. Et ipsa terra affrontat: de circi in terra de Richel [10], de oriente [11] in vinea de Seniofredus, sive in terra de Emo, femina, vel filios suos, de meridie in terra s. Cucuphati, de occiduo similiter. Quem vero predicta omnia que ibidem dono, de meo iure in potestate trado de s. Cucuphati vel eius servientes, ad habendi, vindendi, donandi, comutandi, vel quid exinde facere voluerint, libera in Dei nomine, plenam habeant potestatem. Quod si ego donator, aut ullusque homo, qui contra hanc donacione venerit pro [12] inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam [13] a [14] predicto domo vel eius servientes hec omnia in duplo cum sua inmelioracione, et ista donacio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione II.° kal. dec., a. II.° quod cepit regnare Ugo Magno, re[ge] [15].

S+m Iohanne, qui hanc donacione feci et firmare rogavi; S+m Miro; S+m Ricuso [16]; S+m Vllirico, que vocant Bonutio; S+m Viadario; S+m Leopardus; S+m [17] Baldomar, ss.

S+m Suniefredus, presbiter, et scripsi cum [18] litteras fusas in verso III.° vel in octavo [18] et ss. die et anno quod supra.

1, a, *C.* — 2, que, *C.* — 3, coegentis, *C′.* — 4, a, *C′.* — 5, molino, *C′.* — 6, discursus, *C.* 7, donono, *C.* — 8, comitatu, *C′.* — 9, Avuzido, *C′.* — 10, Richulde, *C′.* — 11, orient, *C′.* 12, ad, *C′.* — 13, componamus, *C′.* — 14, ad, *C′.* — 15, *falta en C′.* — 16, Riculfo, *C′.* — 17, ✠, *C′.* 18, cum - octavo, *falta en C′.*

230. 988, diciembre 11.

Petrone, presbítero, otorga al Monasterio una tierra situada en el lugar de "Aqualonga".

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 546. — Carreras, *Notas hist. Sarriá.* — Durán, *Las relaciones*, 237. — Mas, *Taula*, 288; *Notes*, iv, 123-4 (n.° cxciv). — Peray, *San Cugat*, 112.

A. C. A., Cart., f. 18 *v*, n.° 43.

In nomine Domini. Ego Petrone, presbitero, donatore sum. Manifestum est enim quia dono ad domum s. Cucufati cenobii, quod est situs in comitatu Barch., in locum que dicunt Octaviano, terra culta et erema cum vinea et arbores qui infra sunt, simul cum ipso aquis discursio, meum proprium, qui mihi advenit per comparatione sive per quacumque voce; que est hec omnia in comitatu Barch., intus in ipsa valle de Aqualonga. Affrontat hec omnia: de parte circi in torrente sive in terra et in vinea de s. Petri cenobii, de oriente in strada publica, de meridie in vinea erema s. Cucuphati predicti sive in torrente et in vineas de Domnutio et in terra de Iozfredo, de occiduo in rio que dicunt Aqualonga. Quantum istas affrontaciones includunt sic dono ea omnia ad predictum cenobium, totum ab integre, simul cum exios et regressios earum, in ea videlicet ratione ut quandiu ego vixero hoc teneam et possideam absque ullius inquietudine et deserviam exinde ipsa tasca ad predictum domum de ipsos fructos quod Deus ibidem dederit. Et post obitum meum teneat similiter et possideat hec omnia unum ex propinquis meis qui ea debitavero vel concessero, et deserviat exinde ipsa tasca. Post obitum vero eius remaneat ad iam meminito cenobio, totum ab integrum, ut servientes domum ipsius licentia habeant exinde agere vel facere quicquid voluerint, quemadmodum et de aliis munificentiis monasterii huius pertinentibus; et ita de meo iure in illorum trado dominio et potestate, a proprio. Quod si ego donator, aut ullus homo, qui contra hac donatione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componam, hec omnia ad domum predictum in quadruplum, prout sancti Patres sancxerunt, et hac donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donacione iii idus dec., a. ii regnante Ugo, rege, qui fuit magno duci.

S+m Petrus, presbiter, quia hac donatione, feci scripsi et ss. propria manu olografa, et firmatoribus suptus roborati ad firmandum tradidi; S+m Mozione; S+m Adalus; S+m Salomon; S+m Ariemundus; S+m Uvimara.

Bonushomo, levita, qui et iudex ss.

231. 988, diciembre 14.

Guadamir, su esposa Gontizia y Tudisclo venden al abad Odón tierras, casas, corrales, huertos, etc., sitos en "Palacio Ozido" por cincuenta sueldos.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 251. — Mas, *Taula*, 335; *Notes*, iv, 124 (n.° cxcv).

A. C. A., Cart., f. 56 *v*, n.° 208.

In nomine Domini. Ego Vuadamirus et uxori sue Gontizia, et Tudisclo, nos simul in unum vinditores sumus vobis domno Odone, qui est aba de domum

s. Cucuphati cenobii, emtores. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus nos tibi terras et vineas,et casas, et curtes, et orto cum illorum arboribus qui nobis avenit per nostra comparatione sive vel per quacumque voce. Et est hec omnia in comitatum Barch., in terminio qui dicunt Palacio Ozido. Et affrontat ipsa hec omnia: de parte circi in terra de Gomarus, presbiter, et de aquilonis in ipsas vineas de Recemirus vel suos heres, et de meridie in terra de s. Cucuphati iam dicto, et de occiduo in rio de Ripullo. Quantum in istas affrontaciones includunt, sic vindimus nos tibi terras et vineas, et casas, et curte, et orto cum illorum arboribus, totum ab integrum, cum exio et regressio earum, in precium solidos quinquaginta,, et nichil exinde de ipsum precio apud nos emtores, non remansit; et est manifestum. Quem vero predictas terras et vineas et casas et curtes et orto cum illorum arboribus, sicut superius resonat, de nostro iure in tuo tradimus dominio et potestate, a proprio. Quod si nos vinditores, aut ullusque homo qui contra hanc ista carta vindicione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componamus ipsa hec omnia in duplo cum omnique suam inmeliorationem, et in antea ista carta vindicio firma permaneat omnique tempore.

Facta carta vinditione x.°viiii.° kal. ian., a. ii.° regnante Ugo Magnus atque rex.

S+m Vuadamirus; S+m Gontizia; S+m Todisclo, qui unc ista carta vindicione fecimus et firmare rogavimus; S+m Petrus; S+m Vuitardus; S+m Raimundus, ss.

Guifredus, presbiter, qui ista carta vinditionis scripsit et ss. die et anno quod supra.

232. 988, diciembre 17.

Berica y su esposa Igilo dan al Monasterio un alodio sito en Castellar, excepto la casa que vendieron a Franco.

REGESTA: Mas, *Taula*, 305; *Notes* iv, 124-5 (n.° cxcvi).

A. C. A., Cart., f. 41, n.° 134.

In nomine Domini. Ego Berica et uxor mea Igilo, donatores. Manifestum est enim quia donatores sumus ad domum s. Cucuphati cenobio qui est situs in comitatu Barch., in locum que dicunt Octaviano, alodem nostrum proprium cum domibus, et curtis, cum solis et superpositis, cum vineis et arboribus, cum ortis, vitis et arundinetis, cum regos et subtus regos. Qui mihi advenit, ad me, Berica, per mea compara vel per quacumque voce, *et ad me, Igilo, per meum decimum seu et per quacumque vo*ce. Et hec omnia est in comitato iam dicto, in confinio de Cercitulo et de Aqualonga, in locum que dicunt ad ipso Castellare. Que affrontat hec omnia: de oriente in ipso torrente qui est prope domos que dicunt Cortes vel in terra s. Cucuphati predicto, de meridie, in vineas de Guitardo et terra, et in terra s. predicti Cucufati vel in terra de Suniario atque in terra de Eimo, femina, que vocant Blancutia, suosque heres; de occidente in flumine Rio Rubio, de circi in terras s. iam dicti Cucuphati. Quantum istas affrontaciones includunt sic donamus ad domum

s. Cucuphati iam dicto, exceptus ipsa mansione que ad Franco venundavimus cum ipsa terra qui supra ipso pugio est, omnia quantum superius resonat, totum ab integre, sub ea videlicet ratione, ut in diebus vite nostre hoc teneamus et nos et posteritas nostra in subditione s. Cucuphati predicto cenobitantesque domui ipsius, et per singulos annos deservire faciamus vel deservire faciat posteritas nostra ipsa decima ipsaque tascha, et non liceat nobis nec illis ibidem aliquid patrocinari, nec senioraticum facere, nec ipsa omnia inalienare, nec alieno iuri transducere nisi ad cenobio iam dicto. Et si tantum nobis necesse fuerit, pro aliqua penuria, ista omnia aut aliquantulum ex his venundari, non nos liceat ad alium nisi ad domum predictum vindere cenobitantes ipsius. Et ita hec omnia supratáxata de nostro iure in eius tradimus dominio ad proprio. Quod si nos, donatores, aut et ullus homo, qui hoc disrumpere pertemptet, componat aut componamus iam dicta omnia in quadruplo ad iam supratáxato cenobio, prout ad sancti Patres est institutum, et in postmodum huius conlatio in omnibus habeat roborem.

Facta donatione x.°vi.° kal. ian., a. ii.° regnante Ugo, Magno rege.

S+m Berica; S+m Igilo, qui ista donatione fecimus et firmari rogavimus; S+m Senderedo; S+m Godemar; S+m Ennego; ✠ Baldomar, ss.

✠ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

233. 989, enero 15.

Navio permuta con el abad Odón un alodio que poseía en el término de Porciá y Reixach, por unas tierras sitas en Llissá.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 10. — Mas, *Taula*, 413; *Notes*, iv, 125-6 (n.° cxcvii). Aebischer, *Études*, 102.

A. C. A., Cart., f. 72 *v*, n.° 283.

In nomine Domini. Ego Navio, comutator sum tibi Odo, gratia Dei abbas et fratres monachos s. Cucuphatis cenobio. Manifestum est enim quia placuit animis meis, et placet, ut vobiscum comutari fecissem alaudem meum que ego habeo in comitatu Barch., in Vallense, in Riopullo, in terminio de Porciano, vel in terminio de Rixago, id est, in ipso uno molino condirecto, vel in ipsos molinares, et in ipsos regos et capud regos et subtus regos sive discursos et in ipsa terra vel in ipsos ortales, et veridicarios, et arbores, sive in ipsos pratos, ipsa mea hereditate, id est, ipsum quartum, ab integrum. Et in ipsa alia terra qui est in terminio de Rixago totam vobis comuto, ab integre; qui mihi hec omnia advenit pro mea hereditate seu et per quacumque voce. Et accipio in comutacione mea, vestra ex parte, alias terras vel orto quod habetis in comitato iam dicto, in terminio de Liciano, in confinio de Vallense. Que affrontat predicto molino vel molinares cum regos et caput regos sive discursus, et terra vel ortales et veridicarios, et arbores atque pratos: de oriente in terra de iam dicto cenobio vel in terra de Erovigio, et de Amello, femina, de meridie similiter in prato de predicto s. Cucuphati vel in terra de Segofredo vel de Guinsemiro, de occiduo in terra et prato de iam dicto cenobio et de Erovigio, de circi in terra de Segofredo vel de Anna, femina, suosque heres.

Et ipsa alia terra que est in terminio de Rixago que vobis ab integre comuto affrontat: de oriente in terra de Cipriano, de meridie in terra de Viadario, de occiduo in via et in terra de Guirigille, de circi in terra de Egiga. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comuto vobis premissa illa omnia sicut superius resonat ipsa mea hereditate vel ipso quarto, ab integre, simul cum exios et regressios suos. Et de meo iure in vestro trado dominio et potestate, ad vestrum proprium, ut licentiam exinde habeatis agere et facere, quemadmodum et de aliis munificentiis domui iam dicti martiris pertinentibus, et vos presentes et vestri successores adfuturi. Quod si ego, comutator, aut et alicuius homo qui contra hanc comutacione a me vobis facta venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat aut coponam predicta omnia ad cenobium predictum in quadruplum, prout sancti patres sancxerunt, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione x.°viii.° kal. feb., a. ii.° regnante Ugo rege, qui fuit magno duci.

S+m Navio, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Ennego; S+m Venrello; S+m Giscafredo; S+m Leopardo; S+m Riculfo; S+m Todebertus.

✠ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

234. 989, enero 15.

Adalaizis permuta con el abad Odón unos alodios de "Palacio Auzito" por otros situados en el suburbio de Lliçá.

REGESTA: Mas, *Taula*, 408; *Notes*, iv, 126 (n.° cxcviii).

A. C. A., Cart., f. 66, n.° 255.

In nomine Domini. Ego Adalaizis, femina, comutatrix sum tibi, Odo, abba et fratres tuos monachos s. Cucuphati cenobio. Manifestum est enim quia comuto vobis alodem meum proprium propter alium vestrum alodem. Et est ipsum meum alodem in comitato Barch., in terminio de Palacio Auzito, in Riopullo, id est, molinare vel molinares, regos et capud regos cum illorum discursibus et subtus regos, cum arboribus et fructiferis seu et arundinetis, pratis, et casis, et curtis, meum proprium; qui mihi advenit per mea hereditate vel et per quacumque voce. Que est hec omnia in iam dicto loco affrontat: de oriente in terra que fuit de qd. Sesemundo, et est de filia sua Richildis, de meridie in Riopullo vel in terra predicto s. Cucuphati cenobio, de occiduo in terra s. Cucuphati predicto, de circi in terras similiter de s. Cucuphati suprataxato. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comuto voibs ibidem ipsa mea hereditate, id est, ipso quarto totum ab integre, propter alium vestrum alodem que vos habetis in suburbio prefato, in Liciano. Quem vero predicta omnia, que ego vobis comuto, de meo iure in vestro trado dominio et potestate, ad proprio, ut quicquid exinde agere vel facere volueritis, et vos et successores vestros, in omnibus licentiam habeatis quemadmodum et de aliis munificentiis domui iam dicti pertinentibus simul cum exios et regressios suos. Quod si ego comutatrix, aut alicuiuscumque hominis qui contra hanc comuta-

cionem venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat aut componam vobis cenobiique vestro supratáxato hec omnia in quadruplum, prout sancti Patres sancxerunt, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione x.°viii.° kal. febr., a. ii.° regnante {Ugone}, rege, qui fuit magnus dux.

S+m Adalaizis, femina, qui ista comutacione feci et firmare rogavi; S+m Venrello; S+m Riculfo; S+m Lepardo; S+m Giscafredo; S+m Navio, qui hoc disposui {et notui} et ordinavi per vocem tutoris mee proprietatis de filiam fatris mei qd. Delani, que in tuicionem accepi et teneo.

℣ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

235. 989, marzo 15.

El abad Odón da a Llopart un alodio con casas y corral sito en "Lliçà de Vall" por el censo de un par de gallinas.

REGESTA: Mas, *Notes*, iv, 127 (n.° cc).

A. C. A., Cart., f. 355, n.° 1039.

In nomine Domini. Ego Odo, gratia dei aba, simul cum fratres meos monacos s. Cucufati cenobio tibi Leopardus donatores sumus tibi alaudem ex nostro monasterio. Manifestum est enim quia donamus vobis terra cum arbores et casa cum curte et solo superposito, qui nobis advenit ex nostro iam dicto monasterio. Et est ista predicta in comitato Barch., in Valense, in terminio de Liciano subteriore; qui afrontat: de oriente in terra de Escluva vel eresque suos, de meridie similiter, de occiduo in terra de Aurucio, vel eres suos, de circi in terra de Escluva. Quantum istas afrontaciones includunt, sic donamus tibi predicta homnia, ab integre, et iuri tua comitimus, ut tu ea omnia teneas et posideas et abeas, et tu et posteritas tua absque inquetudine, et deservias exinde per annos sinculos tu posteritasque tua qui hoc fuerint, et posederint duas gallinas ad nostrum iam dictum monasterium, et ita sub uius condicionis caucio tibi eam donamus, et concedimus, prout supra contextimus feliciter.

Facta donacione id. marc., a. ii.° quod cepit Ugone rege regnare in Francia, ille qui fuit magno duce.

℣ Odo, gratia Domini abba cenobii s. Cucufati, ss.; ℣ Ferreolus, presbiter et monachus; S+m Ioannes, levita et monachus; Ss. Wadamirus, levita et monacus; S+m Arnulfus, levita et monacus, ss.; Ss. Senderedus, presbiter monacus; ℣ Ermemirus, levita et monachus; ℣ Wiscafredus, presbiter et monacus, nos simul in unum cunta congregacio s. Cucufati, pari assencientes, anc donacione fecimus et testes firmare rogavi; S+m Venrelilus; S+m Ballomar; S+m Aurucio.

℣ Seniofredus, presbiter, escripsi et sub [ss.] die et anno quod supra.

236. 989, mayo 28.

Gilsenda, Marcucio y otros venden al abad Odón una tierra que heredaron de sus padres, situada en "Palacio Auzid".

REGESTA: Mas, *Taula*, 336; *Notes*, IV, 127-8 (n.° CCI).
A. C. A., Cart., f. 57 *v*, n.° 213.

In nomine Domini. Ego Gilsenda, femina, et Marchutio, et Odesindo, et Infante, et Ermegodo, vinditores sumus tibi Odo, abba nutu Dei s. Cucuphati cenobii, emptore. Per hanc scripturam vindicionis nostre vindimus tibi terra nostra propria pariliata I.ª que nobis avenit per parentorum nostrorum; est in comitato Barch., in terminio de Palacio Auzid. Et affrontat: de aquilonis in terra de Daniel, et de meridie in terra vel vinea de Emo, femina, et de occiduo in ipso torrente que discurrit et de circi in terra de Bonessimo. Quantum infra istas IIII affrontaciones includunt, sic vindimus tibi ipsa terra, ab integrum, cum exio et regressio suo, id est, in propter precium solidos VI, et nichil exinde precium non remansit; est manifestum. Quem vero ipsa terra de superius scripta de nostro iuro in tuam trado dominio potestate et presente die et tempore; eo quod si nos vinditores, aut ullusque homo qui contra hanc ista carta vindicione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componamus tibi in duplo cum omnem suam inmeliorationem, et in antea ista vinditio firma stabilis permaneat omnique tempore.

Facta ista carta vinditione V.° kal. iunii, a. II.° regnante Ugo, rege.

S+m Gilsenda; S+m Marchutio; S+m Odesindo; S+m Infante; S+m Ermegodo, qui simul in unum ista carta vindicione fecimus, et testes firmare rogavimus; S+m Bonushomo; S+m Gintesindo; S+m Cristulfo; ✠ Elias, presbiter, rogatus, quod signum sumpsit de femina nomine Infante, vinditrice, ss.

Suniario, presbiter, qui ista carta vinditione scripsit ss. sub die et anno quod supra.

237. 989, mayo 29.

Ana y su hijo Seniofredo permutan con el abad Odón un alodio junto al Ripoll, en Porciá, cerca de Moncada, por otras tierras situadas en el Vallés, en el lugar denominado Buada.

REGESTA: Balari, *Orígenes*, 620. — Mas, *Taula*, 409; *Notes*, IV, 128 (n.° CCII).
A. C. A., Cart., f. 67, n.° 259.

In nomine Domini. Ego Anna, femina, et filio meo Seniofredo, comutatores sumus vobis domno Odo, abba fratresque vestros monachos s. Cucuphati cenobio. Per hanc comutacionis nostre comutamus vobis alodem nostrum proprium, id sunt, terras subreganeas cum casa et curte et casales, et molinum et molinares cum suos regos et {subtus regos,} sive capud regos cum illorum

discursibus, pratis, pascuis, arboribus, fructuosis et infructuosis; qui mihi avenit, ad me, Anna, per luctuosos seu et per meum decimum vel et per quacumque voce, et ad me, Seniofredo, per vocem genitorum meorum et per donacione genitrice mea seu et per quacumque voce. Et est hec omnia in comitato Barch., iuxta Riopullo, in terminio de locum que dicunt Portiano, prope Montem Catanum. Que affrontat ipsa una terra cum ipsos molinares et ipsos verdicarios et ortales cum arboribus: de circi in terras s. Cucuphati suprataxato, de orientis in terra de Guinsemiro, de meridie in flumine de Riopullo, de occiduo in terra de Gondemare, presbitero, et heres suos. Et alia terra cum ipso mulino et ipsos molinares, cum casa, et curtes, solo et superpositos, cum pratis, et arboribus, affrontat: de circi in terra qui fuit de Esteges, de orientis in terra qui est de Erovigio vicario, de meridie in terra vel pratis s. Cucuphati cenobio vel de Guinsemiro et de Stegeso qd., de occiduo in terra s. Cucuphati prenotato. Et alia terra cum prato affrontat: de circi in ipso rego molinario, de oriente in terra et prato de Guinsemiro vel et qui fuit de Stegeso qd., de meridie in flumine Riopullo, de occiduo in via vel in terra de Guinsemiro. Alia pecia de terra affrontat: de circi in ipso regario vel in terra de Erovigio vicario, de oriente in terra de Erovigio vicario, de meridie in terra qui fuit de Ato heresque suos, de occiduo in terra de Seniofredo. Quantum istas affrontaciones includunt, sic comutamus vobis predicta omnia, ab integre, et iuri vestro transducimus atque tradimus. Et accepimus nos in nostra comutacione alias terras que vos nobis comutastis in supradicto comitato, in Vallense, ad ipsa Buada; est manifestum. Quem vero predicta omnia que nos vobis comutamus, de nostro iure in vestro tradimus dominio et potestate, ut quicquid exinde agere vel facere volueritis, plenam in omnibus licentiam pociatis. Et si nos comutatores, aut alicuius homo, qui contra hanc comutacione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat aut componamus vobis predicta omnia in duplo cum omnem suam inmelioracionem, et in antea ista comutacio firma permaneat omnique tempore.

Facta comutacione IIII.° kal. iunii, a. II.° quod cepit regnare Ugone, rege, qui fuit dux magnus.

S+m Anna, femina; Seniofredo, ss., qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Oliba; S+m Suniario; S+m Ragnefredo; S+m Vuifredo.

☧ Bonushomo, levita, scripsi et ss. cum litteras fusas vel in duos locos ubi dicut "in terra qui fuit de Ato", et ubi dicit "et si nos comutatores", die et anno quod supra.

238. 989, agosto 3.

Rosell y su esposa entregan al Monasterio una casa con sus tierras, sita en el término de "Aqualonga".

REGESTA: MAS, *Taula*, 290; *Notes*, IV, 129 (n.° CCIII).
A. C. A., Cart., f. 20 *v*, n.° 52.

In nomine Domini. Ego Rosello et uxor mea Ermelle, donatores sumus domum s. Cucuphati cenobio, qui est situs in comitato Barch., in locum Octa-

viano. Manifestum est enim quia donamus terra nostra cum casa, cum solo et superposito, ad cenobium iam dictum. Que est hec omnia in comitato iam dicto in terminio de Aqualonga. Et affrontat: de orientis in ipso torrente que inde discurrit, de meridie similiter, de occiduo in terra de Uuimara, de circi similiter vel in terra de s. Cucuphati. Quantum istas affrontaciones includunt sic donamus predicta omnia ad cenobium iam dictum simul cum exiis et regresiis earum, ab omni integritate, propter Dominum et remedium anime nostre. In tali ratione, ut nos donatores, vel filiis nostris filiabusque, qui de nos ambo fuerint procreati hec omnia teneamus et possideamus sine ullius inquietudine et molestacione, et de ipsos fructos quod Deus in ipsa terra dederit, ipsa tascha servire faciamus ad suprataxatum cenobium; et non liceat nobis hoc alienare vel ad domum supralibatum in cuiuslibet modo fraudare, nec senioraticum ibidem alium facere, nisi abba et cenobitantibus supranotato cenobio. Quod si nos donatores, aut alicuius homo, qui contra hanc donatione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vendicare, set componat aut componamus predicta omnia ad cenobium iam dictum in quadruplum, prout sancti Patres sancxerunt, et in antea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione III nonas augusti, a. III regnante Ugone rege, qui fuit magno duci.

S+m Rosello; S+m Ermelle, qui ista donatione fecimus et firmare rogavimus; S+m Guilelmo; S+m Bonutio; S+m item alio Guilelmo.

℣ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra, cum litteras superimpositas in verso v ubi dicit "qui de nos ambos".

¶ 239. 989, septiembre 26.

El conde Borrell vende a Ennego unas tierras situadas en Cervelló.

A. C. A. Monac. perg. San Cugat, n.º 67. Orig.

In nomine Domini. Ego Borrello, gratia Dei comes atque marchio, vinditor sum tibi Ennego, emptore. Per anc scriptura vindicionis mee vingo tibi || terras in duos locos meas proprias quod abeo in comitato Barch., in terminio de Castrum Cervilione. Advenit mihi per parentum || meorum, sive per ullasque voces. Afrontat ipsa terra: de circi intus in {rio de Cervilione}, de aquilonis in terra de te emptore, de meridie || in strada publica, de occiduo in torrente qui discurrit in rio de Cervilione. Alia terra: de circi afrontat in terra de Garsens, femina, et in || ipso Cannedo, de aquilonis in flumine Lubricado, de meridie in terra de te emptore, de occiduo similiter. Quantum infra istas || totas affrontaciones includunt, sic vindo tibi ipsas terras in duos locos, ab integrum, cum exios et regressios illorum, in precio solid c, quod tu emptor || precium mihi dedisti, et ego de te accepi, et nihil exinde apud te remansit; est manifestum. Quem vero predictas terras que [tibi vindo] de meo iuro in || tuo trado dominio a potestate, ad omnem integritatem, ut quicquid facere vel [vindere volue]ris liberam, in Dei nomine, abeas plenam [potestatem, a proprio]. Quod si ego vinditor, aut ullusque homo, qui contra hanc vindicione pro inrumpendum venerit, non hoc valeat vindicare, sed comp[onat aut compona-

mus] || ipsas terras in duplo cum omnem illorum inmelioracione, et anc vindicio firma permaneat omnique tempore. ||

Facta [carta vindicione] VI.° kal. || oct., a. III.° regnante Ugo magnus.

S+m Borrellus, gratia Dei comes et marchio, qui anc vindicione feci et nomen || suum digito suo impressit et firmiter firmavit et firmare rogavi; || S+m Arnaldo; || ✠ Ermengaude, prolem Borrellum comes; || S+m Radelfo; S+m Adalberto; || Seniofredus, ss. ||

✠ Elias, presbiter, qui anc vindicione scripsi et ss. die et anno quod supra, apud litteras superpositas in verso III.° ubi dicit "rio de Cervilione".

240. 989, agosto 28.

Seniuldo entrega al Monasterio una tierra y una viña que poseía por donación del conde Borrell, sita en Vall Oriola.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 199. — MAS, *Taula*, 223; *Notes*, IV, 129 (n.° CCIV).

A. C. A., Cart., f. 17 *v*, n.° 39.

In nomine Domini. Ego Seniuldo, donator sum s. Cucuphati cenobio, qui est situs in comitato Barch., in locum Octaviano. Manifestum est enim quia dono ei terra et vinea meum proprium, qui mihi advenit per donationem senioris mei Borrello comite, seu per quacumque voce; et est hec omnia in comitatu iam dicto in terminio de Aqualonga, in valle Oriola. Affrontat: de occiduo in vinea de Senderedo et in terra de Durando, de alias vero partes in alodem de iam dictum cenobium affrontat. Quantum istas affrontaciones includunt, sic dono ipsa omnia ad cenobium iam dictum, ab integre, simul cum ipsas oblias, et ipso servitio, et cum exiis et regresiis earum, et de meo iure in eius trado dominio et potestate, ut quicquid exinde facere vel agere voluerint cenobitantibus ipsius, et presentes, futuri plenissimam in omnibus obtineant licentiam, quemadmodum et de aliis munificentiis domui predicti pertinentibus obtinent et habent, propter Deum et remedium anime mee. Et si ego donator, aut ullusque homo, qui contra hanc donatione venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vendicare, sed componat aut componam hec omnia ad cenobium iam dictum in quadruplum prout sancti Patres sancxerunt, et in antea ista donatio firma permaneat omnique tempore.

Facta donatione V kal. sept., a. III quod cepit regnare Ugone rege, qui fuit rex magnus.

S+m Seniuldo, qui ista donatione feci et firmare rogavi; S+m Baio; S+m Tassio; S+m Ennego.

✠ Bonushomo, levita, scripsi et ss. die et anno quod supra.

241. 989, noviembre 13.

Autemir vende al abad Odón una tierra situada en Vallmajor, que le fué otorgada por el conde Borrell, por el precio de doce sueldos.

REGESTA: Mas, *Taula*, 415; *Notes*, IV, 129-30 (n.° CCV).

A. C., Cart., f. 74 *v*, n.° 296.

In nomine Domini. Ego Autemir, vinditor sum vobis Odo, gratia Dei abba simul cum fratres meos monachos s. Cucuphati, emtores. Per hanc scriptura vindicionis me vindo vobis terra mea propria, quod habeo in terminio de Rexag, in valle que dicunt Val Magor, qui mihi advenit per carta donationis quod mihi fecit Borrellus, comes, vel per quacumque voce. Et affrontat ipsa terra: de orientis in terra de Ficel, femina, de meridie in terra de Lubato vel de suos heres, de occiduo similiter, de circi in terra de Trasovario. Quantum istas quatuor affrontaciones includunt, sic vindo vobis terra mea propria suprascripta, ab integrum, propter precium solidos XII, et de meo iure in vestro trado dominio et potestatem, ab omne integritatem, ut quicquid exinde facere vel iudicare volueritis liberam, in Dei nomine, habeatis plenam potestatem, a proprio, cum exios vel regressios suos. Quod si ego, vinditor, aut ullusque homo, qui contra hanc vinditione venerit pro inrumpendum, non hoc valeat vindicare, set componat aut componam vobis ipsa terra in duplo cum omni sua inmelioracione, et ista vinditio firma permaneat omnique tempore.

Facta vindicione idus nov., a. III.° quod cepit regnare Ugo, rege magno.

S+m Autemir, qui ista vindicione feci et firmare rogavi; S+m Leopardus; S+m Adalus; S+m Guillelmus; S+m Gotmar.

℣ Giscafredus, presbiter, qui ista vindicione scripsi et sub ss. die et anno quod supra.

242. 989, diciembre 21.

Trasover y su esposa permutan con el abad Odón unas viñas que poseían en Reixach por otra viña sita en Villalba.

REGESTA: Mas, *Taula*, 414; *Notes*, IV, 130 (n.° CCVI).

A. C. A., Cart. f. 73 *v*, n.° 288.

In nomine Domini. Ego Trasoario et uxor mea Igilo, comutatores sumus Odo, gratia Dei abba simulque cum congregacione s. Cucuphati. Manifestum est enim quia convenit ut comutacione fecissemus, sicuti et facimus. Donamus namque vobis in comutacione vestra vineas nostras quod habemus in comitatum Barchinona, in terminio de Rexago. Et affrontat iam dicta una vinea: de parte orientis, in ipso torrente que dicunt de Vale Milano, de meridie in vinea de Olido, de occiduo in terra de Auruzia, de circi in vinea de Amarulo. Et in alio loco affrontat ipsa una modiata de vinea: de orientis in ipso margine, de meridie in terra s. Cucuphati, de occiduo in terra de Godo del suos heres, de circi in terra de Bonis. Quantum istas affrontaciones includunt, sic do-

namus nos vobis ipsas vineas in vestra comutacione, ab integre, cum exios et regressios suos, ad vestrum proprium, ut quid exinde facere volueritis plenam habeatis potestatem, in propter quod accepimus de vos in nostra comutacione vinea vestra quod habebatis in Villa Alba. Quod si nos comutatores, aut ullusque homo, qui contra hanc ista scriptura comutacione venerit inrumpendum, non hoc valeat vindicare, sed componat, aut componamus vobis predictas vineas in duplo cum omnem suam inmeliorationem, et in antea ista scriptura comutacione firmis permaneat omnique tempore.

Facta ista scriptura comutacione x.°II.° kal. ian., a. tercio regnante Ugone Mannus, qui fuit dux.

S+m Trasoario; S+m Igilo, nos qui ista comutacione fecimus et firmare rogavimus; S+m Vuillmus; S+m Bonofilus; S+m Spanla.

Ss. Durandus, sacer, et scripsit et ss. die et anno quod supra.

243. 990, febrero 19.

Ennego, llamado Bonfill, hijo de Sendredo, da a San Cugat unos alodios que poseía en Plegamans por haberlos comprado al conde Borrell y a su esposa Leudegards.

REGESTA: Mas, *Notes*, IV, 130-1 (n.° CCVII). — Pedemonte, *Notes*, 81.

A. C. A., Cart., f. 367, n.° 1060.

In nomine Domini. Ego Ennego, que vocant Bonefilio, filium qd. Sendredi. Manifestum est enim quia dono ad domum s. Cucuphati cenobii, qui est situs in comitatu Barch., in Vallense, in loeum que dicunt Octaviano. Dono ego namque ibi alaudes meos proprios quod abeo in comitatu Barch., in Vallense, in locum que dicunt Plecamans, hid sunt, domos cum kasas et curtes, cum terras et vineas, cum ortis et pomiferis, cum rio et fontes, cum pratis et pascuis, cum ortalis et arboribus, cum regos et capud regos et subtusregos, cum plantariis, et cultum et incultum, cum montes et colles, cum petris et cavernis, cum silvis et garricis, cum viaductibus et reductibus, et cum omnias eius adgacentias qui ad istum alaudem pertinent, et cum exios et regressios earum. Advenit mihi ec omnia iam dicta per mea comparacione quod ego emi de seniori meo Borello comite, sive de uxori sue Leudegards qd., qui fuit. Afrontat hec omnia, quod superius resonat: de parte circi in terminio de Coscolola, vel in casa de Plasgocio, et pervadit usque in ipsa strata publica, qui pergit ad Callas vel ubique, et de orientis in terminio de Paladdaries, sive in sumitate de ipsa serra qui est super villa Rodall, de meridie vero vadit usque in termine de Galegs, de occiduo pervenit usque in ipsa strada publica, qui pergit per ipso plano ad Calles vel ubique, et pervenit usque in ipsa Ruvira, qui fuit de Geriberto qd. Quantum — in — istas omnes afrontaciones includunt et isti termini continent, omnia hec dono, totum ab integrum, ego Bonefilius iam dictus ad isto cenobio de s. Cucuphatis iam dicti, et trado hec omnia a predicto cenobio, a proprio, cum exiis et regressis earum, sicut superius resonat, in tale videlicet ratione dono ego Bonefilius iam dictus hec omnia quod superius resonat ad isto cenobio s. Cucuphatis iam dicti, ut in diebus meis te-